

452
 milat sibi effectum primo de generatione. (a) saltet in remississimis remorosissima assimilatio est, puta in communissimis: ergo ad minus in perfectionibus communissimis, assimilatus effectus causa: ergo & in honestate, & per consequens a bono ut a causa non potest ab effectu, sed a malo. Praterea, quicquid est a bono, ut ab effidente, est ad bonum ut ad finem: peccatum non est ad bonum ut ad finem, quia desordina a fine: ergo, &c. Probatio majoris, Philol. 5. Metaphys. & 2. Phys. Efficientes, T. finis sibi invicem sunt causa. (b) Praterea, malum in natura non est a effidente ab effidente, sicut a causa: nunquam enim producitur effectus monstruosus, vel malus malitia naturae, nisi a causa imperfetta: ergo ita hic. Praterea, aliquid est primum malum, ut probabat ergo ab ipso est omne aliud malum. Ita consequens probatur de bono dicto in aliis, ut pater dist. 2. primi libri, (c) & probat a Philosopho 2. Metaphys. de eo, quod est maximum tale, a quo omnia alia sunt talia. Et ultius si ab illo primo malo non est a iugno bonum, ergo nec malum, quod est a primo malo, est ab aliquo bono. Ita consequens probatur, quia idem non est a diversis causis, qui non sunt ordinatae. Probatio prius propositionis, quia aut est aliquod sumnum malum, & ita habebitur propositum, & hoc est primum: aut non, & ita omni malo est accipere aliquod peius in infinito: sed est inconveniens procedere in infinitum in permanentibus, 2. Metaphys. (d) & declaratum est prius dist. 2. primi: ergo poterit esse uiam malum intensive infinitum, quod est propositum. Contra est Magister in litera, ubi adducit Augustinum 2. de natu, & concusientia.

POST HÆC &c.

DISTINCTIO XXXV.

C Irca Distinctionem trigeminam quintam, quarto.

QUESTIO UNICA.

Virum peccatum sit per se corruptio boni?

Quod non, Aug. 2. contra Faustum, & habetur in litera, Peccatum est diuum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Quodlibet istorum est positivum: ergo, &c. Item, illud est per se de ratione peccati, secundum ejus distinctionem distinguendum peccatum in ipsa distinctione ex distinctione aliecius positivi, puto ex conversione ad tale bonum creatum, vel tale: igitur ipsa conversione ad bonum creatum in communione converto ad ipsum peccatum in communione. Praterea, quarto cuius boni sit corruptio? Non illius in quo est, quia accidens

a Tex. com. 51. b Tex. 2. Tex. 30. c qu. 1. Tex. 4.
d Tex. 5. & inde qu. 1.

dicit non corrumpit subiectum, quia naturaliter presupponit ipsum, quod autem presupponit aliquid naturaliter, non corrumpit illud. Nec etiam alterius boni, quia secundum beatum Augustinum 12. de Civitate dei cap. 6. Molum, illud hunc corrumperet, cuius nocet. Sed non nocet nisi illi, in quo est: igitur, &c. Oppositum vult Augustinus super illud Iwan. primo: Sicut ipso factum est nihil, dicit peccatum nihil est, & Anselm de Concept. Virg. & c. cap. 16. Vide cum ibi diligenter.

SECUNDUM EST TAMEN &c.

DISTINCTIO XXXVI.

C Irca Distinctionem trigeminam sextam, queritur.

QUESTIO UNICA.

Virum peccatum sit pena peccati?

Quod non, Aug. 1. Retract. c. 2, q. 26. Omnis pena iusta est: omnis justum a Deo est: ergo omnis pena a Deo est. Nulla autem culpa a Deo est: ergo nulla culpa est pena peccati. Item, omne peccatum est voluntarium secundum Anselm de Concept. Virg. c. 4. ergo. Praterea, pena non excedit culpam, quia Deus puniri semper citra condignum: sed quandoque sequens peccatum maius est praecedente: Similiter etiam cum sit status in peccatis, ultimum non punitur per aliquod peccatum: ergo non ita punitur, sicut aliquod praecedens: & tamen ultimum potest esse maius praecedente: igitur aliqua posita minori punitur, quod est inconveniens. Contra est Magister in litera, & adducit auctoritates, ut ibi apparet.

SUNT AUTEM ET ALII &c.

DISTINCTIO XXXVII.

CIRCA Distinctionem trigeminam septimam, queritur.

QUESTIO PRIMA.

Virum peccatum possit esse a Deo?

C Irca primum arguitur, quod sic: Cujuscunque causa inferior potest esse causa, & causa superior eiusdem erit causa: Quidquid est enim causa causa, est causa causati: voluntas creata, quae est causa inferior respectu Dei, quia Deus est ejus causa, est causa peccati: ergo & Deus. Si dicatur, quod noua est causa peccati, in qua-

qui est a Deo, sed in quantum est ex nihilo. Contra, Deus magis coagit causa activae creare superiori; quam inferiori; nulla est causa superiori voluntate; sed Deus ita coagit natura, quod nihil est naturale, cui Deus non coagit in natura; igitur ita coagit voluntati, quod nihil est voluntatis, cui Deus non coagit in voluntate. Præterea ad principale: actus subtilitas peccatum in voluntate a Deo est: igitur Deus est causa peccati. Probatio antecedens, cum quia est aliquid ens, & non a se: ergo ab alio, & ita a Deo. Tum quia datus elemosynam, prædicare Christum, facere miracula, generate filium, sunt opera ejusdem rationis in esse natura, sive sunt bene moraliter, five male. Ergo habent causam ejusdem rationis quantum ad esse natura eorum: Deus autem est causa istorum actuum quando sunt boni moraliter: ergo & quando sunt mali moraliter. Probatur etiam illud antecedens per illud Esaie 10. *Nomina gloria, bis securis?* loquitur de Senacherebus, ubi Glo. Sicut infirmitas per se nihil possunt, ita Senacherebi nihil per se posunt contra Iudeos. Etat igitur instrumentum Dei in illo actu, & tamen mortaliter peccavit, sicut patet in cap. 14. Itum igitur actum substratum peccato mortali, creavit Deus. Probatio consequentia: quia voluntas creaturae non ob aliud est causa peccati, nisi quia causa actum substratum deformitatis, quia secundum Dionys. De Divinis nom. c. 4. nullus ad malum a pietate, omnino operatur. Præterea tertio ad principale, Deus potest subversere manuteneantem suam a gratia, & tunc non inheret: in quo quandocunque gratia non inest, annihilatur: annihilare convenienti soli Deo: ergo per actionem solius Dei, potest anima esse non grata Deo: ergo eodem modo potest esse causa peccati, quia non videat magis esse ratio mali in peccato, quam in privatione gratiae. Præterea, Deus est causa poena; ergo & peccati. Probatio consequentia: quia pena ita est per se malum, sicut culpa: immo magis per se malum, ut videatur, quia poena opponitur bono natura, culpa opponitur bono mori, & bonum naturae est per prius bonum, quam bonum mortis. Antecedens patet per August. 1. Retract. cap. 25. omnis pena iusta est, &c. In oppositum est August. super illud Joan. *Sine ipso factum est nihil.* Per Verbum non est tactum peccatum. Præterea, quod non potest esse causa actus substratum peccato, probatur, quia tunc faceret contra suam prohibitionem, prohibuit enim Adi comendare: nec aliqua delegatio in actu est peccatum, nisi quia prohibetur: ergo si fecisset illum actum positivum, fecisset immediate contra suam prohibitionem, quod videtur esse duplicitas. Præterea, quidquid Deus facit, propter se facit (*Omnis enim propter se ipsum operatus est aliquid*) (a) & ex charitate perfectissima, quae ipsis est, facit: ergo eius actus est ordinatus, tam ex fine, quam ex principio operativo. Si ergo ille est actus inordinatus avulsum creata peccante, idem agens videtur ordinatus, & inordinatus, quod videtur impossibile. Item, liberum arbitrium non erat,

quoniam

quando in agendo concordat sua regule: regula ejus in agendo est voluntas divina: ergo si Deus vult illud, quod liberum arbitrium peccans vult, tunc illud liberum arbitrium quando peccat, non peccat.

Iste quodque, licet secundum Magistrum pertinente ad diversas distinctiones: tamen sunt connexae solutiones eorum, proper quam connexionem possit hoc modus finalis queri, & inter illas primo solvenda est secunda, quia ejus solutio habet locum in aliis: si licet ibi possit praedicti, quod dicatur per nomen peccari, non probando, quia ante omenum questionem de aliquo oportet istam præcognitionem habere, quod scilicet dicatur per nomen) tamen, quod peccatum sit formaliter privatio boni, ostenditur per autoritates adductas in appositum, & per rationem calorem: quia agens in inferiori tenetur in agendo conformare se agenti superiori. Quia si in potestate ejus sit, se conformare illi, non conformari illi est peccatum: ideo loquendo de peccato, sive contra legem divinam, sive contra legem humanam, aliquid dicitur peccatum, quia peccatum potest concordari legi superioris agentis, & discordari. Iste igitur actus, qui est in potestate discordantis, & per hoc voluntarius, non est formaliter peccatum: quia si ille esset concors regula superiori, non esset peccatum; ergo in illo actu praecisa ratio peccati est privatio illius concordia. (a) Ex hoc ulterius potest inferri cuius boni peccatum est formaliter privatio. Ponitur, quod illius boni in quo est, quia illi nocet, sicut argumentum est per August. 12. de Civ. et. cap. 6. Alio enim modo ponitur quod boni supernaturalis, scilicet gratiae, peccatum est privatio. Tertio modo ponitur, quod est privatio habitum aequalis, quibus repugnat actus virtualiter mali: sicut haec status generatur ex actibus formaliter malis, repugnat formaliter habitibus virtutibus.

Contra primam istorum modorum, arguitur: quia cum illud bonum, in quo est peccatum, sit finitus, per ablationem aliquius finiti boni ab eo aliquoties factam, totaliter posset confundi. Et si dicatur, quod illa ablato sit secundum partes ejusdem proportionis: ergo si processus in infinitum. Contra, secundum malum potest esse aquae primo in malitia, vel maius eo: ergo corruptum patet ejusdem quantitatibus, vel majorum: igitur sic procedendo in peccato equilibus, vel majoribus, sequitur, quod natura tandem tota licet consumetur. Secundo, quia natura intellectualis a solo Deo est creabilis: & ex hoc simpliciter est incorruptibilis, respectu creature, ita quod nulla creatura posset eam destruere: ergo peccans per actum suum, non potest aliquid de natura sua destruere, cum illud efficitus est rationis cum tota natura, quantum ad incorruptioniblitas, quia incorruptibile non componitur ex corruptibili bus. Præterea, quod repugnat effectui formaliter, non destruit causam non necessariam illius effectus: peccatum diec formaliter deformitatem, & obliquitatem repugnare relictitudini in actu: igitur non destruit causam non necessariam illius rectitudinis: voluntas

tas est causa hujus restitutio[n]is non necessaria: cum quia non necessario cau[er]i actum solum, sed contingenter: tunc etiam quia si cau[er]i actum, non necessario causa eum restum. Probatio maioris illius, quia causa contingens respectu alie[us] potest esse, & non cau[er]i; ergo propter non esse illius peccati cau[er]i, non potest causam datur. Pater per oppositum in simili: ideo enim praeceps alterans inducens aliquid repugnans qualitat[em], corruptio formam iubilantem, quia ipsam necessario concomitatur qualitas talis: igitur, quod est praeceps corruptivum alie[us] contingente concomitantis, non potest corrumpere illud, quod sic contingenter concomitatur. Præterea, tunc peccata non different species; quia sunt privationes unius boni, & privationes non habent distinctionem specificam, nisi ab habitibus. Eadem argumenta aliqua probant, quod peccatum non est formaliter privatio, seu corruptio gratia, liet hoc non probet primum, quia per primum peccatum mortale gratia tollitur totaliter. Tamen aliud est hic speciale contra hoc, scilicet, quod secundum peccatum non erit peccatum, quia nihil corrumpere: quia peccatum natura est per se corrumpere, & gratia non inest, quia corruptum. Secundum concludit hic, quia gratia est a solo Deo per creationem, & ab eo solo conservatur, & quando delitruitur, anhilatur, quia cuius proditio est creatio, ejus destruere est anihilatio. Tertia etiam ratio h[oc] concludit, quia gratia est causa concin- gens, respectu restitutio[n]is in actu. Quarta tamen, quia peccata mortalia essent eisdem ratione in formaliter privationis. Eadem etiam argumenta aliqua concludunt contra justitiam, sive virtutem acquisitam, quia licet illud non semper remaneat incorruptionis sua natura, nec per unicum peccatum mortale corruptum, sicut gratia; non tamen est peccatum mortale per se privatio ejus, quia potest habere, tam in ipso peccato mortaliter, quam in illo non peccante. Et h[oc] dicit de illo: contra, intensius potest esse in illo peccante mortaliter, quam in illo non peccante, puta si iste habuit justitiam 9. graduum, & alter 10. graduum, & ita habens justitiam 10. graduum peccat mortaliter, ponamus, quod corruptum est in e[st] gradus, 10. ergo adhuc habet justitiam aequalē, illi, qui non peccavit mortaliter: igitur si alter peccaserit mortaliter huius peccati, illud peccatum in eo non repugnabit sive justitia 9. graduum, & ita non corrupserit sive eam. Tertium concludit hic, quia quicunque talis habitus est tantum causa contingens respectu actus peccati.

Concedo igitur iuxta solutionem questionis premiām, quod peccatum est corruptio restitutio[n]is in actu secundo, non autem naturalis, nec cuiuscunq[ue] habitualis: sed non intelligo de corruptione, que est mutatio de esse ad non esse. Porro enim peccatum manere potest talen mutationem justitiae ab esse, in non esse: sed intelligo corruptionem formaliter, sicut privatio dicitur formaliter corruptio sui habitus: hoc enim inodo peccatum est formaliter corruptio restitutio[n]is in actu secundo, que opponitur illi restitutio[n]i, ut privatio habitui, non quidem restitutio[n]i, quod inest: quia tunc duo op-

i posita

posita simul inest: nec, quia prius infit illi actus, quia actus non manet, ut possit alterari ab opposito in oppositum: sed quia debet inesse. Voluntas enim libera debet in actis, ut omnem actum suum placiat conformiter regulæ superiori, scilicet secundum divinitum preceptum, & idem quando agit discorditer ab illa regula, care justitia actuali debita. Hac est iustitia, quae debet inesse actus, & non inest: & haec carencia in quaestione est actus voluntatis deficientis, sicut dicunt in alia solutione, est formaliter peccatum actuale. Itud patet per auctoritates. 1. per August. lib. de diab. animalib. Peccatum est voluntas conlegendi, vel resistendi, quod iustitia vetat. 2. & quo liberum est absinere. Hoc est dictum breviter, peccatum est velle viciuum, ita quod ipsa voluntas est ibi materialis, & pro tanto totum impetratur voluntati, quia totum est in potestate eius. Veritatem autem vel prohibitum, est ibi formalis, quod significat discordiam a regula superiori. Similiter Ambrol. in lib. de Paradiso, & ponitur in litera, Peccatum est calceatum transgressio mandatorum, &c. huic etiam coniungit, quod dicit August. in Civitate lib. 12. c.8. In eo, inquit, sit mala voluntas, quod si nolles, non ferret mala, & idem non necessarium, sed voluntarius defectus sive consequitur peccata. Deficit enim non ad mala, sed male, id est, non ad mala naturalia, sed idem, quia contra ordinem naturalium ab eo, quod summe est, ad illud, quod minus est, &c. quare cum ibi: quasi dicaret, ista actus positivus volenti creaturam, non est formaliter peccatum, sed carentia debiti ordinis in actu illo, quo illud debet amari propter summum bonum: a quo ordine deficit voluntas quiescens in bono crearo, & iste defectus est formaliter peccatum. Cum ipsis auctoritatibus consonat ratio, quia omne peccatum est iustitia formaliter, & tale peccatum talis iustitia, & per consequentem privatio talis iustitia: ergo peccatum actuale est formaliter iustitia actualis: ergo & privatio iustitia actualis, scilicet iustitia, quae debet esse in actu,

Ex ista solutione pater solet ad illas questiones de peccato. Primo, utrum magis per se sit de ratione peccati averbo, quam conversio. Secundo, quomodo possit peccata mortalia distinguere, si formalis ratio est in aversione. Tertio, quando in uno potest esse alio gravius, si fint aversiones ab eodem bono: non enim videtur privatio pure recipere magis, & minus, secundum Anselmum de Concept. Virg. c. 24. Ad primum dico, quod averbo a fine ultimo potest intelligi duplicitate, vel formaliter, vel virtualiter: formaliter, contrarie, vel negative, sic, quod voluntas nolit illum finem, & tale nolite est odire: vel non vult cum debet velle, & tale non velle, est omittere illud praecipuum, (a) Dilige Dominum Deum tuum; Virtualiter sic, quod quando aliquid sit necessarium ad consequendum finem ultimum, voluntas avertit ab illo, in hoc, virtualiter a fine avertitur, sicut intellectus negans conclusionem, virtus tua

tualiter avertitur a principio, & sic infirmus dicitur averti a sanitate: quando avertit se a potu amaro, sine quo non potest haberi sanitatem. Prima aversio secundum est eis ejusdem ratione, nec includitur formaliter in quolibet peccato: et enim od um Dei speciale peccatum: & omissionis illius praecepti. (a) *Diliges Dominum, &c.* est aliud speciale peccatum. Secundo modo, aversio est communis omni peccato mortali, quia in omni tali peccato mortali voluntas inordinata se habet respectu aliquius necessarii ad finem. Unde autem est illud necessarium? dico, quod a voluntate divina praeciente illud observari, si vis ad vitam ingredi, non ab alio syllogismo practico. hic enim non oportet quartae moralem doctrinam Philosoporum, sed praeceptio Dei, in Scriptura. hujusmodi aversio a Deo est ordinata ratio peccati cuiuscunque. Sicut enim formalis ratio rectitudinum est propria virtus in acta finis circa ens ad finem, sic & carentia rectitudinis talis est carentia proprie virtutis a fine, quia propria aversio formalis ab eo, quod est necessarium ad finem, & hoc modo nihil aliud est aversio nisi inordinatio voluntatis circa aliquid ordinatum ad finem ex precepto divino, circa quod debet ordinari. Ex hoc patet secundum, quia cum privationes distinguuntur species ex distinctione habituum specifica, & numero, ex distinctione habituum numerali, peccata, quae sunt privationes quaedam, scilicet rectitudinum, quae debent inesse actibus, distinguuntur formaliter ex distinctione talium rectitudinum: ut quando debent haberi diversa rectitudines species, sunt carentia diversarum specierum. Et ita non per confectiones ad objecta, quae non sunt mala, sed materialiter, distinguuntur ipsa peccata: sed formalis ratio in eis distinguuntur in comparatione ad rectitudinem alienam, & aliam speciem, quae debet inesse. Ita etiam possunt plura peccata ejusdem speciei inesse, que privant plures rectitudines, quae debent inesse in diversis actibus successentibus. (b) Ad tertium etiam patet, quia illud peccatum est gravius ex genere, quod opponitur rectitudini meliori: illa autem est melior, quae est fisi immundior, exteris paribus. Hoc patet per simile in principio, & conclusione: ille enim error est maior, qui magis reciduatur in principiis sine quo negatur conclusio vetior, & principio propinquior. Loquenda autem in eodem genere peccati mortali, illud est gravius, in quo voluntas majori libidine peccat, quia quanto magis conatur, tanto perfectiorum actum evadere, & tenetur illi dare rectitudinem proportionalem, si est capax rectitudinis, vel magis caverit se ab illo, si non sit capax rectitudinis, quem ab alio actu minus repugnare, & ita illud omitiendo magis peccat. (c) Hujus exemplum est, si intellectus errans circa unam conclusionem, habeat objectum magis necessarium, quam errans circa aliam conclusionem. Error iste peior est, pro quanto actus versus oppositus debetur esse perfectior. Ex illo etiam faciliter appetet, quod si

pec-

a Mat. 22. b ali. successives. c Vide Scot. 3. d. 50. q. 6.
b. in illa, & quodlib. 18. d. 3. b. ex ista.

peccata possent in infinitum continuari, nibil sequeretur inconveniens: quia quilibet in infinitum bonum corrumperet non corruptione, que est transmutatione, sed formaliter corruptione, que est privatio, & hoc non boni, quod insit, sed quod debet esse. Infinita autem bona, hoc est infiniti actus recti, sunt debiti a voluntate, si in infinitum conserventur; & ideo abique diminutione voluntatis, & cujuscunque actus primi in ea, possunt infinita talia bona privari.

Et si obsecratur contra istam viam pro aliis dubibus, quae ponunt natum corrumptum, vel gratiam; quod natura, probatur per illud Lsc. 10. *Plagis impositi, &c.* Giso. Peccatum vulneras in naturalibus: quod non est vacuum, si nihil auget et per actionem naturae, sed tantum prohibetur tales participationes ab actu secundo: quod gratia, probatur, quia per peccatum mortale destruitur gratia, quod non est, nisi peccatum efficit formaliter corruptum gratiae, alias posset stare cum eo, quod est absurdum. Ad primum respondeo, quod qui vulneratur, nullam partem sui amittit, licet continuatus solvatur, & per hoc redatur minus habilis ad operationes suas, iuxmo priverit bono usui sui. Naturam enim integrę manens, secundum Dionys. de Divin. nominis, vulneratur quando fit inhabilis ad ultimū rectum, quod fit per crebram carentiam rectitudinis actualis. Ad secundum dico, quod peccatum (a) non potest effectivè corrumperet gratiam, sed tantum demotiose; ita quod prius voluntas avexit ic naturaliter, quam Deus celst naturalem conservare gratiam, necesse est autem omnem privationem esse aliquius positi formaliter, cum quo impossibile est ipsam statre; non est igitur peccatum formaliter privatio gratiae, quam non ex incompatibilitate destruit, sed ut demeritur.

Ad argumenta: Ad primum dico, quod dictum factum, concupiscentia, accipitur tanquam materiale; sed dictum, & factum, in materiale temotum; sed concupiscentia dicit materiale proximum; contra legem Dei (b) dicit formale in peccato. Ad secundum patet, quod continuit modo privationem sicut privationes possunt distinguiri. Ad tertium dico, quod est corruptio formaliter, hoc est privatio illius boni, quod inesse actui nisi ipsa esset, & privatur per ipsum. Et ad August. dico, quod noceat illi in alio, non in se auferendo aliquid, quod int de natura eius, sed ab eo auferendo aliquam perfectionem ibi convenientem, scilicet iustitiam actualiem. Et si obsecratur, ita iustitia non insuit, ergo non potest corrumpi; patet responso ex dictis. Sequitur enim, quod non corrumputur corruptione, que est mutatio ab esse ad non esse: sed corruptio formaliter per hoc, quod ejus privatio insit, & non ipsa, sicut peccatum origine corrumpt iustitiam originalem, quam privat, non tam prius inexistenter, & ita illam formaliter corrumpt.

Ad aliud questionem, qua primo querebatur de causa peccati, dico,

a Scot. 3. dist. 23. qu. 2. ad ar. 7. q. 4. dist. 15. qu. 1. 7. distin. 16.
qu. 2. b. respondere. b Vide Henric. qu. 4. d. 6. qu. 3. 2.

dico, quod peccatum eo modo, quo potest habere causam, est a bono. Quod probatur, quia nullum est primum malum, aliquin illud in se carcer summa perfectione para sibi convenire: sed nullata est convenire summa perfectio, & nisi summo bono in natura. Igitur sumnum malum est summum bonum in natura, & ita Deus, quia nihil aliud a Deo est summum bonum in natura, & ad hanc heretim, sequuntur mala alia inconvenientia, non tantum contra fidem, sed etiam contra Philosophiam, quia destruit seipsum, & includit contradictionem, quia si ponatur summum malum primum ex aequo ad primum bonum, oportet, quod illud sit necesse esse, & omnino independens, & impunitum, & tamquam ista non convenienter entia nisi per certissimo: itaque si malum habet causam, non potest habere nisi bonum, loquendo de primo malo creato. Hoc patet per August., 12. de Civit. cap. 6. Ips. filii ipsi uidentur scilicet voluntatem malam, & cibis videatur velle, quod propria voluntas si causa cadenti immoderate fruendo aliquo bono creato, id est, aliquo, quod est in potestate ipsius voluntatis, ita quod ipsa voluntas talis fieri ex se potest frui, & non frui, ita moderate potest frui, & non frui aliquo bono sibi conveniente, & ita potest illud peccatum primum esse immediate, & primo a sola voluntate.

Sed de modo ponendi diversimode dicitur. Uno modo quod bonum est causa per accidens mali (a). Et hoc potest intelligi dupliciter, vel quod accidentalitas sit ex parte cause, sicut Philosophus loquitur de causa per accidens, & Metaph. &c. Phys. (b) dicit quod Pollicetus est causa frustis per accidens: vel ex parte effectus, sicut dicitur ubi fuga, quod causa per accidens sunt causis, & fortuna, ubi non est aliquid accidentaliter conjunctum causa per se, quod dicatur causa per accidens, sed est aliud quid accidentaliter conjunctum effectum per se, quod dicatur effectus per accidens ejusdem causa, cuius effectus per se est intentus. Primo modo dicatur, quod voluntas, non quidem undo voluntas, sed unde detectibilis, est causa peccati. Et hoc ulterius reditur in hoc, quod voluntas ex nihil est. Et hoc videat probari per August., ubi prius, ubi dicere videatur, quod si querat aliquis, cur eam fecit, inventat malam voluntatem non ex eo incipere, quod facta est: sed ex eo, quod de nihilo facta est.

Alio ponitur ponendo accidentalitatem ex parte effectus (c), puta, quod voluntas per se intendat potius in effectu, cui per accidens conjungitur deformitas, & ita deformitatem non per se intendit voluntas, sicut est in fortunis, sicut patet per Dion. de Divin. non. cap. 4. Nemo agit ad malum apicent, & multa similia ibi. Et similes autoritates inveniuntur apud Philosophum, unuquisque talia elegit, qualias sit uidentur. (d) 3. Ethicorum, & ideo virtus bona eligit, & que sibi sunt bona, similius sunt bona.

Con-

a. Quare D. Thom. dist. 34. hujus q. 2. 3. T. 4. ap. 2. Tex. 2. Tex. 33. Causa per accidens duplex, de quo Scot. Pth. 1. 33. T. late q. 10.

b. D. Bon. dist. 34. T. q. 3. art. 5. c. Cap. 5.

Contra primam viam arguitur sic: aut detectibilitas in voluntate est causa peccati, per se, aut per accidens. Si per accidens, ergo frustra ponitur. Si per se, & detectibilitas in voluntate est a Deo, ut per se efficiente, & quidquid est per se in causato, in quantum causatum, est per se a causa eius: igitur peccatum est per se a Deo. Probatum assumpti, scilicet, quod detectibilitas sit a Deo efficiente, quia licet detectibilitas consequatur auctam in reatam, quia est ex nihilo, non tamen est effectiva ex nihilo, quia terminus a quo non est effectus produc aliquam proprietatem sui, igitur detectibilitas habet talis natura ab ipso Deo, sicut ab ipso efficiente. Si dicatur, quod voluntas detectibilis est causa per accidens peccati propinquior, quam voluntas absolute, sicut secundum Philos. 5. Metab. cap. de causa, oportet est in causis per accidens (a): propinquior enim est Pollicetus, quam alium respectu statutus.

Contra hoc arguitur, primo, quia voluntas ereta videtur esse con-vertibilis causa, respetu peccati, licet contingens: detectibilitas autem, que convenient alii, in quantum est ex nihilo, non est con-vertibilis; ergo magis proprie causa respectu peccati est voluntas talis, quam voluntas detectibilis. Confirmatur ratio, quia idem sub eadem ratione propria, est proprium subiectum privations, & habi-tus: & etiam in causa libera, quia potest in opposito, idem sub eadem ratione propria, est causa oppositorum, licet unius per se. & alterius contingenter, & per accidens, vel amborum contingenter: sed voluntas, ut voluntas est subiectum proprium, & causa propria bona voluntatis, ergo, & mala. Confirmatur iterum ratio, quia si voluntas, in quantum detectibilis peccat, ita quod detectibilitas sit per se ratio, vel proxima ratio peccandi, licet per accidens, sequitur, quod in quantum detectibilis, non potest bene velle, & ita si peccat, non peccat, quia nullus peccat in eo, quod omnino vitare non potest. Preterea (b), non potest ponи defectus aequalis esse causa per accidens, quia tunc ante primum detectum voluntatis est defectus: igitur tantum potentialis. Sed non alterius rationis ab illi actuali, qui inheret, quia iste defectus potentialis non est proxima causa per accidens, respectu actualis defectus alterius rationis: igitur est idem de-fectus, ut potentialis respectu sua causa potentialis per accidens. Respondebitur, quod non est defectus potentialis, sed potentialitas ad deficiendum, & ita non sunt eadem: sicut nec est idem albedo in potentia, & potentialitas in superficie ad albedinem. Contra, aut ista potentialitas in voluntate est activa, aut passiva: Non passiva: quia voluntas in quantum passiva, non comparatur ad malum ut causa, sed ut subiectum. Si activa, cum illa non sit nisi libertas ei concreta: igitur reddit propositum, quod libertas, talis propria voluntatis est causa per accidens peccati. Sed tantum valet dicere voluntatem istam esse causam per accidens peccati, sicut dicere libertatem est esse proximam rationem causae per accidens peccati. Contra secundum viam

ar-

a. Tex. com. 3. b. Aug. 3. de lib. arb.

arguitur sic, quia tunc peccatum videtur esse causale; sed causalē non est peccatum. Præterea, si tantum per accidens est voluntas causa peccati, quia præcile vult illud positivum, ad quod sequitur ista deformatio; & Deus per se vult illud positivum, ad quod sequitur ista deformatio: igitur non magis sequitur, quod voluntas creata pecat, quam divina.

Tertio modo ponitur, quod peccatum non haberet causam efficientem, (a) sed deficientem, & sic haberet voluntatem pro causa deficientem, non efficiente. Quod confirmatur per Aug. 12. de Civ. c. 7. Nemo quarat efficientem causam male voluntarii; non enim est efficient, sed deficiens, quia nec illa effectio est, sed deficitio: deficere namque ab illo, quod summe est, ad id quod minus est, hoc est incipere habere malum voluntatem. Causai porro ipsorum deformationis, cum efficientes non sint, ut dixi, sed deficientes, velle invenire, tale est, ac si velisi quisquam videre tenetabat, vel audiendi silentium. Et hoc fine, Cum in quantum deficientes male faciunt & quid faciunt nisi vana, que causa deficiente habent? & idem ibid. c. 9. in princ. nec taliter voluntatem facit, nisi deficitio, que deservit Deum, cuius eritiam distinctionis causa deficit.

Contra istud, qui tunc sequitur, quod Deus sit causa peccati, sicut voluntas creata. Hic enim deficerit, et non efficerit, sicut Philosoph. dicit 5. Metaphys. quod quemadmodum natura praestitia est causa salutis navis, sic eius absencia est causa peritiositatis illius, & utrumque est in eodem genere causa (a). Ita igitur non efficit restitudinem, qua debet effici, est quasi causare effectiva, vel deficiente peccatum; sed hoc ita convenit Deo, sicut voluntatis creata, quod probo dupliciter, primo, quia Deus non necessario causat, vel dat restitudinem actu, quia nihil aliud a se necessario causat, & ita potest non dare: igitur potest esse causa directiva, respectu peccati, id est, non efficiente positivum, quod excluderet peccatum. Secundo, quia prius naturaliter caufare totam illam restitudinem si inficit, quam voluntas creata: causa enim naturaliter prior, prius naturaliter caufat: igitur, quando non inficit, Deus per prius non caufat, quam voluntas creata non caufat; & ita voluntas creata ideo deficit, quia Deus deficit, id est, non efficit aliqui caufando. Hæc ratio excludit quandam responditionem, quae posset fieri ad primam rationem, quia Deus non deficit cum non caufat, nisi prius determinetur voluntas creata. Illud probat, nisi quod non est prima non causatio ex parte Dei. Et si dicatur secundum Anselm. de Causa diab. c. 3. quod licet Deus dederit, tamen Angelus non accepit; non tamen, quia Deus non dedit, ideo Angelus non accepit, sed e converso: ita hic. Contra, accipio tempus, in quo voluntas peccat, & divide in duo instantia nature. A. & B. In A. comparatur Deus ad voluntatem, ut causa prior; in B. voluntas comparatur ad se, ut causa posterior. Tunc queror, aut in A. Deus caufat restitudinem, &c.

a. D. Bon. lib. 2. d. 34. art. 2. q. 2.

& sequitur, voluntas etiam caufat in B. illam; alioquin si voluntas caufaret in B. peccatum, oppositum rectitudinem est, sicut in voluntate; & per consequentem, sicut erit in voluntate illud peccatum. Se restitudo sibi opposita: igitur potest dicere, quod Deus non caufat restitudinem, & per consequens, quod voluntas in B. non caufat. Hoc enim praexigit naturaliter Deum in A. non caufare. Præterea, in causa præcisis, si negatio est causa negationis, & affirmatio affirmationis: Deum caufare restitudinem in suo ordine caufandi, est præcisa causa quare voluntas creata caufat eam: igitur ibi negatio est causa negationis (b). Major patet 1. Postea, de habere pulmonem, & respirare. Ex his tribus viis, si bene intelligantur, potest colligi una solutio de modo, quo voluntas est causa peccati: tamen, quia istud est solutio quarta questionis, an scilicet Deus sit causa peccati, dependet ex cognitione activitatis voluntatis creatae, respectu sui actus.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum voluntas creata sit totalis causa, & immediata sit velle, ita quod Deus respetu illius non habeat aliam efficaciam immediatam, seu medium?

E T potest dici, quod voluntas est totalis causa, & immediata respectu sua volitionis. Quod probatur per rationes. Primo, quia aliter ipsa non esset libera. Secundo quia etiam aliter nihil contingenter caufare potest. Tertio, quia aliter non potest peccare. Quartu, quia aliter omnino nullam actionem habere potest. Quinto, ex comparatione ejus ad alias causas creatas.

Ex prima via arguitur dupliciter. Primo sic, nulla potentia habet perfecte in potestate sua effectum, qui non potest caufari ab ea immediate, nec ab aliqua causa, cuius causatio non est in potestate illius potentie: causatio autem Dei, non est in potestate voluntatis creatae; patet: sicut nec virtus a genti superiori est in potestate inferioris agentis: igitur si Deus necessario immediate concurrit, ut causa immediata respectu volitionis creatae, voluntas creata non plenarie habet in sua potestate illam volitionem. Propositio major assumpta patet: quia, quod habet in potestate sua perfecte effectum, vel potest ex se solo in illud, vel causatio cuiuscunque concurrentis est in potestate eius. Scilicet quod illud caufat, vel non. Exemplum de intellectu, qui si concurrit ad caufandum volitionem secundum 3. opin. dist. 25. hujus libri, non tamen caufat nisi voluntate caufante, ita quod eius causatio est in potestate voluntatis. Juxta secundam viam, secundo arguitur sic, quod ab alio determinatur ad aliquid, non habet perfecte illud in sua potestate: voluntas creata determinatur ex hypothesi a voluntate divina ad hoc: ergo. Minor probatur, quia aut

b. I. Epist. 1. 30.

aut una voluntas determinat aliam, & non nostra divinam; paret, quia tempore non est causa eterni: ergo & converso, & habeatur propositum: Aut neutra aliam, & tunc neutra erit moventis motus: nec enim inter illas ordo essentielis. Immo si voluntas divina nos determinat nostram sicut arguit secunda ratio, posset illa aliquid velle, quod non fuerit, propter voluntatem nostram non concordantem. Præterea, ex secunda via arguitur sic, illud non est contingenter propter habitudinem sui ad aliquam causam, ad cuius eventum causa superior est determinata, cujus causa determinationem necessario sequitur determinationem omnium causarum inferiorum. Exemplum, si voluntas mea est modis determinata ad unam partem, desiderando cras, & non est impeditibilis nec mirabilis, non est meum scribere cras contingens ad utrumlibet ex habitudine sui sed ad manum, quia sicut voluntas est determinata modo ad alteram partem, ita in ipsa virtualiter sunt omnes causa inferiorum ad idem. Et similiter ex quo illud determinatum est, ad cuius determinationem effectus determinatus est, eventus istius effectus non est simpliciter indeterminatus ad utrumque; saltem non est ejus esse contingens propter potestatem causa inferioris. Sed si voluntas divina sit causa immediata meæ voluntatis, jam est aliqua causa determinata respectu ejus, quia voluntas Dei eternaliter est determinata ad alteram contradictionum, & determinationem hujus cause necessario concomitantem determinationem voluntatis meæ respectu ejusdem; alioquin simul starent Domini velle hoc, & hoc non fore: igitur illud velle non est contingens ad utrumlibet propter potestatem voluntatis meæ (a). Ex tercia via arguitur sic, si Deus sit causa immediata voluntatis, confitat, quod erit causa prior voluntate: ergo prius natura inserviat ad effectum quam voluntas creata. Accipit ergo illud signum naturæ, in quo Deus causat velle, in quantum est prius illo signo, in quo voluntas creata agit ad illud pellere: aut in illo ligno Deus causat immediate redditum perfeccum in velle, & per consequentem voluntas in secundo signo non peccat, qui non causat in effectu oppositam illam, quod prima causa causat: aut in illo primo signo Deus non causat redditum perfeccum immediate in velle. Et sequitur, quod voluntas in secundo signo non peccat, quia non potest tunc jam velle rectum; in nihil enim potest ipsa in secundo signo, nisi in illud, quod causa prior, in primo signo produxit: sed non habendo velle rectum, si non potest habere rectum, non peccat: ergo, &c. Ex qua via arguitur sic: si Deus sit causa istius voluntatis, est totalis causa ejus, quia volendo causat eam: volendo autem est totalis causa perfectionis creature pura Angeli, vel cuiuscunque creature de nihilo: ergo si volendo esset causa ejus, esset totaliter causa ejus. Sed cum totali causa aliquius nihil aliud potest cauferre cum illa, in eodem genere causa: igitur voluntatem nullam causatatem haberet respectu voluntatis iure. Ex quinta via arguitur sic, si aliqua est totalis causa creata respectu sui effectus.

a. De his videlicet 39. dist. 1.

Quæstio Secunda.

effectus, hoc maxime concedendum est de voluntate, quia ipsa est suprema inter omnes causas activas: sed aliqua potest esse totalis causa respectu sui effectus: ergo, &c. Minor probatur dupliciter. Primum, qui hoc non repugnat creatura, licet enim aliquid sit totalis causa creativa, hoc tamen non ponit in eo aliquam infinitatem, nec perfectionem repugnantem creaturæ. Si enim sit causa univoca, non poterit, quod excellat effectum suum in perfectione. Si autem est equivoca, non poterit in infinitum excellere effectum, sed in aliquo gradu determinato. Secundo probatur minor, quia illud est totalis causa aliquia, quod si esset, omni alio, per impossibile, circumscriptio, perfecte causaret illud: sed subiectum, si esset, omni alio circumscriptio, per impossibile, adhuc causaret suam propriam passionem: ergo subiectum est totalis causa sua passionis: ex hac minori dupliciter probata, intetur conclusio, quod voluntas potest esse totalis causa respectu sua voluntatis, & ultra cum præter totalem causam nihil aliud cauferet in eodem genere causa: alioquin idem bis cauferetur, vel cauferetur ab aliquo: sine quo nihil minus esset, & sic sequitur, quod Deus immediate non causabit istam voluntatem. Per autoritates probatur propositum. Primo per illud Eccl. 15. Dei ab initio confituit bonum, & reliquit eum in manu consilii sui. Adicit mandata, & præceptia sua: si voluntas mandata servare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi ignem, & aquam: ad quod voluntas porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mori; bonus, & malum; quod placuerit ei, dabitur illi. Augustinus etiam 7. de Civ. et. 20. Sic Deus res quas condidit administrat: ut eas agere propriezatibus finit. Anselm. etiam de Concordia præ. & gratia, dicit, Deus facit omnes actiones, & omnes motus, quia ipse facit res, a quibus, & in quibus, & ex quibus sunt, & nulla res habet ullam potestatem volendi, aut faciendi, nisi ipso dante. Idem etiam parte secunda: Non, ca Deus, quia prædestinatus, facit voluntate cogendo, aut voluntati referrendo: sed in suo esse dimittendo. Ad hoc etiam Commentator p. Metaphys. com. 7. super illud, Ergo possibile est, ut aliquid habeat potentiam, ubi dicit hic. Moderni ponunt unum agere omnia ensia, eauatore sine medio, scilicet Deum, & convenit illis dicere, ut nullum ens habet propriam actionem naturaliter, & cum entis non habuerint actiones proprias, non habebunt effectus proprios, sive potentias. Actiones, enim non distinguuntur, nisi per effectus diversas, & ista opinio est vide extravagans a natura hominis, &c.

Sic hinc via effet vera, possit secundum eam faciliter assignari, quomodo Deus non sit causa peccati. Loquendo enim, sive de materiali, sive de formali in peccato, totum effet cauferetur a voluntate, sicut a totali causa, & ita nullo modo a Deo, nisi mediante, quia Deus produxit voluntatem talēm, que possit sic, & sic velle. Sed

Tom. II.

G

466 contra istam viam obiecit, quia illa via non salvaret Deum esse causam meriti, cum meritum sit ita liberum; sicut peccatum, & similiter non salvare ordinem essentialium causarum; quia secundum primam propositionem de causis, omnis causa primaria &c. sed secundum itam viam causam primaria non influeret in effectum, nisi quia produxit causam istam. Ad primum illorum potest dici, quod Deus aliquo modo est causa meriti: quo modo non est causa peccati: quia immediate causat in anima gratiam, vel charitatem, quae per modum naturae inclinatur ad merendum, & quandocunq[ue] forma activa per modum naturae, est ab aliquo agente etiam actio forma illius est ab eo. Et ex hoc etiam patet, quo modo effectus aliarum causarum, alter efficit a Deo, quam effectus voluntatis: quia iste causa determinatae acceptum inclinacionem a Deo, & necessitatibus ad tales effectus, non sit voluntas. Ad secundum diceretur, quia licet si aliquando ordo causarum principium, & minus principium, quarum neutra movere aliam, sicut se habent objectum, & potentia cognitiva respectu actus cognoscendi; ex dist. 3. primi libri, (a) Aliquando autem sit ordo, ita quod principale movere minus principale, vel ad acutum secundum, vel primum, ita tamen, quod si iste due cause sunt partiales, & integrerent per se unam causam totalim, sicut manus & baculus, respectu motus pilæ: vel sicut Sol, & pater respectu filii: tamen in causis totalibus respectu suorum effectuum immediatorum, potest etiam esse ordo effectualis, ita quod causa secunda sit causa totalis immediate respectu sui effectus, sicut causa prima respectu sui effectus, & tamen essentialiter secunda: quia secundum suum causitatem, sicut secundum suam esse essentialiter dependet a prima: non tamen ita, quod ista dependencia sit immediata effectus sibi ad ipsam, & ad causam priorem. Et cum dicit: illa propositio, quod causa prima non plus causat, verum est, quia causa secunda. Exemplum hujus ponit posset in causis essentialiter ordinatis alio modo causandi. Si enim ponamus plures materias ordinatas in compagno, respectu ultime formæ, non queritur si arum materia sit, respectu ultima formæ, ita quod quilibet earum perficiat ab ultima formæ: sed formam ultima materiam. Quæcumque autem prior sit, perficietur ab aliqua forma priore, que constituit materiale, respectu posterioris.

Contra istam opinionem arguitur dupliciter. Primo, quia ex ipsa sequitur, quod Deus non sit naturaliter praeficus futurorum (a). Secundo, quod non sit omnipotens. Probatio prima consequens, quia non habet scientiam de futuri contingentibus, nisi quia certitudinaliter novit determinationis voluntatis sive respectu eorum, ad que voluntas sua est immutabilis, & impeditibilis: sed si voluntas creata est totalis causa respectu sui velle, & ipsa contingenter se habet ad illud velle: ergo quantumcunque voluntas divina ponatur determinata ad unam partem eorum, quae dependent a voluntate creata, poterit voluntas

creata altera velle, & ita non sequitur certitudine ex cognitione determinationis voluntatis divine. Probatio secunda consequens tripliciter. Primo quid quid vult omnipotens, hoc sit: sed si vult voluntatem meam ratione, & ita sit in potestate voluntatis meæ, ut tota illa causa contingenter sit habentis ad illud: ergo ipsa potest determinari ex ad unam partem, vel ad alias indiferenter, & ita potest non fieri illud aliud, ad quod voluntas divina eam determinavit. Secundo, quia voluntas divina non potest impeditre voluntatem meam, nisi violentando eam: si enim ex ea determinatur ad unam partem, ex quo determinata est ad unum, non potest impediti: nisi violenter: sed voluntatem voluntari inclusit contradictionem: igitur Deus non potest voluntam a voluntate mea impeditre. Tertio, quia voluntas omnipotens prodest, ut voluntum in eis, pro tunc, pro quando vult illud esse: non enim est aliis actus voluntatis divina, respectu Angeli, vel aliquicunque alterius creati, quo producitur in eis: sed si voluntas mea est totalis causa huius voluntatis, illa voluntas, nullo modo producit istam voluntatem in eis.

Propter igitur istas duas rationes, de omnipotencia, & omnisciencia Dei, non tenendo istam viam, restat inquirere, qualiter peccatum possit esse a voluntate creata, que ad primam questionem, & quomodo non sit a Deo, non ad questionem quartam. Quantum ad primam dico, quod ex illis tribus viis, dubius, feliciter; que ponunt causam per accidens, respectu mali, & certa, que ponit respectu ejus, causa deficienter; potest colligi una solutio integralis. In peccato mortali concurrent duo actus, feliciter positivus, ut materiale, & privatio iustitiae debitis, ut formalis. Respectu huius privationis, nulla est causa efficientis, sed tantum deficiens secundum tertiam viam. Voluntas enim, quae est debitrix dandi restitutioinem suo actu, & non dat, deficiendo peccat; hoc est ergo formaliter peccare, feliciter causam huiusmodi libertatis, non dare debitum restitutioinem suo actu, quam tunc posset dare. Et hoc appetere illa via, de causa per accidens. Licet enim illa causa non causes formaliter, quod est in peccato efficiendo, sed deficiendo; causa tamen efficienti, aliquod positivum, cui annexus est illa defectus deficiendo causatus, & ita statut autoritas Dionysii de accidentialitate ex parte effectus. Est etiam accidentialitas ex parte causa non proprie, sicut album dicitur esse causa edificandi accidentalis, & universalia omnia, quod accidit causa per se, ita quod iacit unum per accidens cum ea, sed extendendo accidentis ad quodlibet, quod est extra per se rationem alicuius (quomodo differentia dicuntur accidere generi) hoc enim modis illud, quo voluntas nostra specifica est has voluntas, accidit voluntati in communione: quia voluntas in communione est perfectio simpliciter, proper quod ponitur formaliter in Deo. Et voluntas sub ista ratione non est proxima causa etiam contingens, respectu peccati, quia tunc quilibet inferioris sub ipsa haberet taleni rationem causalitatis, & ita voluntas divina: Sed voluntas contracta per differentiam aliquam ad voluntatem cretam, quam circumloquitur per hoc, quod est limitatum,

est proxima causa defectiva, & per hoc causa per accidentem respectu peccati : & ideo accidentaliter erit ex parte cause, accipiendis voluntatis in communis pro causa ; quia pro quanto intelligitur ista differentia superaddi, accidit sibi per accidentem esse causa, resp. suu peccati. Sicut si dicetur, quod animal non est per se causa intelligenti, sed per accidentem ; quia animal perfectissimum intelligit, non quod perfectissimum sit propria ratio intelligenti, quia animal simpliciter accedit, sed rationales, quod animal accedit, ut differentia generis, quod rationale circuilloquatur per hoc, quod est perfectissimum. Ita in proposito illam differentiam specificam, qua voluntas communis contrahitur ad voluntatem creatam, que contraria, vel differentia, nos modo lateri circumloquuntur per hoc, quod est *limitatum*, vel *definitum*, vel ex *nibilo* : & illi toti attributum aliud illi tantum causa magis proprie, quam voluntatis de se. Quod verum est si intelligatur de hoc contracto, scilicet de ista voluntate in specie ; et enim convenit non tantum per accidentem, sicut voluntatis in communis, sed quasi causae propinquae, ita quod nullum tali voluntati potest convenire, & nulli alii ; & hoc modo debet intelligi prima opinio de necessitate voluntatis.

Sed tunc restat videre, quomodo voluntas defectibilis sit causa deficiens respectu peccati, alterius quam divina voluntatis : immo, quod ipsa sit causa, & divina voluntas non sit causa : & hoc quantum ad solutionem quartae questionis, ubi dicitur, & tenetur communiter, quod voluntas divina non potest esse causa peccati. Ad quod possintponi 3. rationes istorum. Prima tamen, Augustin. 83. q. 9. 3. *Nullo boni sapiente auctore, sit homo deterior: tanta enim est ipsa in homine culpa, ut in omnibus sapienti non cadat: et autem Deus omni homini sapiente praefecit: non igitur Deo auctore sit homo deterior, ut vult ibidem August. q. 4. Item in eodem lib. q. 21. *Qui causa est omni ensi ut sit, non est causa non effendi, vel ut non sit quia illud, quod est ab eo, in quantum est, bonum est: et autem Deus causa omnis boni: non est ergo Deus causa non effendi alii: ergo nec causa peccati alii, quod formaliter est non esse.* Tertia ratio est Anselmi. de lib. arb. cap. 8. *Cum Deus omnem substantiam, &c. Quere ibi.* Contra illas rationes instaurata, primo contra primam, quia homo sapiens tenetur ad servandum preceptum Dei, & ideo non potest eo auctore alius esse deterior, nisi ipse peccet, & ita fieri non sapienti : non enim in potestate ejus est liberate cooperari alii ad bene agendum, vel non cooperari, quod si esset, potest non cooperari mali hens sapienti : & ideo eo auctore, alius est deterior, id est, eo non sufficiente bonitatem in actu alterius, alius non bene ageret. In potestate autem Dei est liberate cooperari voluntati creatae ad bene agendum, vel non cooperari : ergo ipso recte manente, potest non cooperari voluntati creatae, & ita ipsa peccabit. Confirmatur ista ratio, quia sicut Deus prius naturaliter agit ad actionem rectam, quam voluntas creata, si actio esset recta, ita videatur, quod Deus prius non ageret, quam voluntas creata non agat, quando actio esset non recta.*

Con-

Contra secundam rationem arguitur, quia causa necessaria, sive naturalis respetu entitatis tantum, non est causa non effendi, quia talis agit secundum ultimum potentiam suam ; & ita non potest non agere illud, quod nata est agere : sed Deus non est talis causa effendi creaturarum, nequidquaque esse, respectu cuius potest esse principium agenti, cuius ulterius esse creatura, est malum : ergo Deus potest esse deficiente causa mali.

Præterea, quare potest Deus magis esse causa peccati, quam culpe, cum peccata sunt malitia mala, sicut culpa ? Ita enim est simplicitas malum, non ictus Deo, & per comparationem ad bonum quod privat & per comparationem ad naturam, cui nocet : sicut non diligere Deum actus meritatio in via : & tamen ista peccata conceditur esse a Deo secundum Aug. 7. *Reversa 25.*

Præterea, tamen nullum est privatio gratiae in se, & in natura illa, a qua privatus, sicut est privatio rectitudinis justitiae : sed Deus potest esse immediata causa privacionis gratiae, immo est causa humani, quandocumque gratia annihilatur, quia ipse solus potest aliquid annihilare, & maxime illud, quod ipse immediate conservat : sicut igitur desiderando ab actione, id est, non conservando gratiam, potest esse causa non effendi gratiam, ita non agendo potest esse causa extirpationis rectitudinis in actu elicito. Contra tertiam rationem arguitur, quia videtur concludere, quod homo, non potest peccare, quod consequens est talium igitur ratio non concludit. Quod autem illud consequens sequeretur ex illa ratione, probo, possumus peccare in A. Ergo Deus potest non velle me esse rectum in A. Sequitur enim in illis de *in se, si peccato in A.* Ergo non vult me esse rectum in A. quia ex opposito sequitur oppositum. Si vult me esse rectum in A. sum rectus in A. & ita non peccos; sed si non vult me esse rectum in A. non vult me velle illud in A. quod vult me velle in A. (hoc enim est esse rectum secundum rationem eius, velle quod Deus vult me vello) ergo Deus potest non velle, me velle in A. quod ipse vult me velle in A. quod est impossibile. Quod si dicatur rationem concludere, quod Deus non possit de potentia ordinata auferre rectitudinem voluntatis sine actu voluntatis. Contra, ratio haec absolute ostendit, quod sequatur ex ratione illa absolute voluntatem meam non posse peccare. Similiter si concluderet hoc sine actu voluntatis mea, concluderet de Deo secundum potentiam absolutam. Intendit enim inferre contradictionem, unde subdit : *Nihil impossibilis, vel falsoem aequem impossibile:* sed contradictionia non sequuntur, nec est hoc possibile etiam potencia Dei absoluta : quodlibet enim aliud a Deo contingenter vult, & contingenter conservat, quia potest non conservare.

Ad solutionem istorum objectorum, & solutionem principalem istius questionis: dico, quod quando duas causas partiales concurrent ad effectum communem ambarum, potest esse deictus in predictione effectus ex deictu unius causa concurrentis prædictæ, & non alterius. Exemplum, ad velle secundum opinionem tertiam disput. 25. hujus, ex currit intellectus, & voluntas libera; potest igitur esse deictus in actu

actu isto ex defectu voluntatis, licet non procedat defectus in cogitatione.

Ita igitur si ad *velle voluntatis creatae*, concurrent duo voluntates, feliciter voluntas creata, & divina potest esse defectus in ipso *velle ex defectu alterius causa*, & hoc, quia ista causa potest restitutinum dare actum, quam tenetur dare, & tamen non dat: alia autem licet non tenetur eam dare, tamen quantum est ex se dare, si voluntas creata cooperatur. Universitatem enim quidquid Deus dat antecedenter, daret illud consequenter, quantum est ex se, nisi esset impedimentum: dando autem voluntatem liberam, dedit antecedenter opera recta, qui sunt in potestate voluntatis: & ideo quantum est ex parte isti, dedit restitutinum omni actu voluntatis, & voluntati ex consequenti daret, si ipsa voluntas quemcumque actuum effectum recte ageret ex parte sui. Etsi igitur defectus in effectu durarum causarum non propter defectum cause superioris, sed inferioris, non quia causa superior cauerit restitutinum in effectu, & inferior obligatur: sed quia causa superior, quantum est de se cauferet, si causa inferior secundum suam causalitatem cauferet: & ideo restitutinum non cauferet est propter hoc, quia causa secunda quantum ad se pertinet, non cauferet. Et si obiectum sit illis duabus instantibus natura, hinc objectum est, quod Deus in primo daret restitutinum actu, Respondeo & dico, quod prius est, que includit ea posse esse sine lejanius absque contradictione, non est ordinatio in causis, ut causant effectum communem, sed simili causant. Si igitur loquendo de diversis generibus causarum, non prius natura materia maiori, quam efficientis efficient, quasi sine contradictione possit esse materialium, & non efficiunt, vel et convertere: sed tandem prius natura, hoc est per se una causa, quam alia: ita in eodem genere causa, diverse cause ordinari, licet habeant ordinem secundum perfectum, & imperfectum causare, non tamen habent prioritatem naturae, que dicat posse esse sine se invicem, respectu tertii. Immo, sicut in uno instanti natura materia material, & efficient effect: ita duas causa efficientes ordinari in uno instanti natura cauferent effectum communem; ita quod negra tunc cauferet, sine alia; sed quod effectus non recens cauferet, hoc non est sine propter causam priorem, qua quantum est ex se r. recte cauferet, si secunda cauferet: sed propter defectum causa secunda, que in potestate sua habet concauferare cause primam, vel non concauferet: & si non concauferet illi, ut teneat, non est restitutio in effectu communis ambaram. Ex his responderetur ad objections. Ad primam, quod sapientiam ponunt, quia tenetur ex precepto non subverttere proximum, ideo non potest esse auctor, quo proximus est deterior: sed ex perfectione sapientis est, quod manens sapient, non potest esse prima ratio defendi: & quod hoc bene teneret ratio Augustini. Et enim omni sapiente praestantur, id est, voluntas eius est simpliciter perfectior, quia ipsa non est prima ratio defendi, aliqui, cui ipsa potest coagere. Ad secundam dicitur, quod, tuis ponere necessario cauferent entitatem com-

Quæstio Secunda.

471

perentem huic entitatem ita dispositi, quod quicquid dat antecedenter, dat quantum est ex parte sui consequenter. Sed tunc est dubium quantum ad principalem questionem. Licet enim salveretur, quod peccatum non attributur Deo, sicut causa: sed voluntati creata, non tamen ostendit, quod Deus non posset esse causa prima defendi, ex quo enim liberis causar restitutinum, & per prius, quam voluntas creata, videtur semper stare, quod prius posset non cauferet restitutinum, quam voluntas creata non cauferet; & ita potest esse ratio defendi, licet non sit propter illam legem suam, quam dedit, quidquid Deus antecedenter dat, &c. Respondeo, quod Deus in se pote-
care non potest. Pater per hos, quod non potest a se averti, nec lo-
malitas, quia non potest se non diligere sumere, & ordinare, & cum omnibus circumstantiis requisitus: alioquin vel non potest se ordinare diligere, vel potest mutari, quorum irturunque est impossibile: nec etiam virtutibus potest a se averti, quia nihil aliud a se est necessarium sibi ad voluntem se: quodcumque enim aliud a se est, quia ab eo volunt: & hoc modo volunt, & pro nunc, & pro tunc, ex hoc est, sic ordinare voluntum. Sed quare in voluntate increata non potest esse prima ratio defendi? Resp. si Deus non cauferet liberis restitutinum, que deberet esse in actu voluntatis creata, & hoc propter libertatem voluntatis sua: non autem propter defectum voluntatis creatae non voluntarie cooperantis, non est tunc causa peccati in voluntate creata, quia non est ibi carentia iustitiae debita non enim est iustitia debita a voluntate creata, nisi in quantum in potestate ejus est recte agere, ita quod nulla intelligitur subratio causa prioris, propter cuius defectum non posset voluntas recte agere: & igitur Deus est prima causa non agens restitutinem, actus non rectos non est peccatum.

Ad aliam objectionem de pena, patet in foliat. 3. istarum ques-
tionum (a). Ad aliud, de gratia patet ex dictis: quia si Deus im-
mediate subtrahendo manuentiam suam annihiaret gratiam, sine
defectu voluntatis sin operando, ista carentia non est peccatum, quia non est carentia iustitiae debita. Voluntas enim non est debitrix illius iustitiae, nisi in quantum in potestate ejus est conservare eam, ne
seilicet demeritorum corrumperet eam. Licet igitur magis malum sit
privatio gratiae, quam privatio iustitiae actualis: tamen ista potest esse
a Deo non agentis, id est, non conservante: sed non primo non a-
gente, sed ideo non agente, quia voluntas demeritorum illud, propter
quod Deus subtrahit conservationis sua manuentiam a gratia. Sed
respectu illius privationis restitutinum actualis, si est primum pecca-
tum, non est aliquod peccatum praecedens, vel demeritum, pro-
pter quod Deus potest subtrahere, ut illa restituto non sit,
quantum est ex parte Dei: igitur nec privatio gratiae est pec-
catum, nisi in quantum est iustitiae debita, qua voluntas de-
meritorum se privavit, licet a Deo non cauferente sit ita annihi-
latio gratiae: sed si ita annihilatio est non propter aliquam obli-
quitatem.

G. 4

quicunque in voluntate priorem sita, non esset peccatum. Ad illud contra rationem Anselmi potest dici, quod non concludit contradiccionem, quia equivocat de velle: nam rectum velle incidit voluntatem velle, quod Deus vult eam velle; vult itaque voluntate signi, & antecedente, non voluntate beneficiti, & consequente. Nam pro insisti, pro quo voluntas creata peccat, Deus non vult eam, velle hoc voluntate consequente, vel voluntate beneficiti: quando igitur insisteret, quod Deus non vult me velle, quod vult me velle, non est contradicatio: quia negatur voluntas beneficiti, & consequens, & affirmatur voluntas signi, & antecedens, alioquin enim ut argumentum est, videatur absolute, quod voluntas creata non posse peccare, quod falsum est: (a) & quod Deus de potentia absoluta non posset anterior rectitudinem a voluntate creata, vel ab actu eius, absque demerito voluntatis creatae: quorum utrumque est falsum. Tamen exponenda ratione: si tam ibi potest dici, quod sua ratio probat, quod Deus actu positivo non posset auctoriter rectitudinem voluntatis; quia tunc volens auferret, & ita volens voluntate beneficiti, & per consequens voluntate beneficisci veller me non velle, quod vult voluntate antecedente me velle. Sed hoc consequens, licet non includat contradictionem, est tamen falsum, quia quicquid vult voluntate antecedente, hoc vult voluntate beneficaci; & consequente, quantum est de se, si non ponatur impedimentum in voluntate creata: sed si auferatur a voluntate mea, sine actu meo, ego non possum impedimentum significare hoc causa posito, ipsius Deum velle voluntate beneficisci me non velle, quod vult voluntate antecedente me velle, est falsum, licet non includat contradictionem, & tunc non probat plus illa ratio, nisi quod sine demerito voluntatis creatae non posset Deus de potentia ordinata auferre voluntati rectitudinem; sed non probat hoc de potentia aboluta; nec etiam probat, quod Deus non posset negative auferre, & hoc propter demeritum voluntatis creatae.

Ad argumenta principalia prima questionis (b): Salvator intelligit per arborum, actum interiore, & per fructuum actum exteriorum, & increpat hypocritas, id est Pharisaeos, moeas eos, ut conforment actus exterioribus, & e converso, ut feliciter appareant, quales sunt, & e converso. Ad secundum, quando est causa efficientia, limitatio est inter causam, & causatum, licet remota in causa equivocari: hic autem non est causa efficientia, sed de hinc respetu peccati. Ad alium dico, quod illud, quod est ab efficiente non efficientio, sed desiderio, non est ad finem debitum. Ad aliud dico, quod nullum malum est a malo. Cum probatur, dico, quod uno modo potest malum intelligi, per privationem partium ejusdem naturae, alio modo per privationem perfectionum convenientium tali naturae. Primo modo est processus in infinitum secun-

a. Ans. c. 8. de lib. arbit.

b. ad arg. d. 34. q. un. explic. id Matt. 7.

dum partes ejusdem proportionis, secundum quod infinitum dividitur in infinitum, secundum proportionem & non secundum quantitatem. Ita enim potest ab aliqua natura anteriori pars, & pars, & sic secundum partes ejusdem proportionis, & sic in infinitum. Secundum autem partes ejusdem quantitatis, ita ut non ad malum, sed ad nihil, quonodo est status in divisione continua, ad nihil, si partes divisiblem defuerintur.

Secundo modo dico, quod licet illud, quod est bonus alicui, cuius carens est malum, ei posset auferri ab eo, ita natura substantia dupliciter per modum predictum, scilicet secundum partes ejusdem proportionis, & sic proceditur in infinitum, vel ejusdem quantitatis, & si stat ad nihil; alias tamen processus est ibi, secundum quam natura perfectibilis est melior, & perfectio sibi correspondens est melior, qui tamen est, & hoc modo est itatus in malo, scilicet ad unum bonum creatum carens summa perfectione sibi conveniente; & hoc modo superemus diabolus, vel aliqua creatura ratiobus nobilissima, que caret perfectione sibi proportionata diceretur summum malum: sed a tali malo summo, non iunt talia mala positive, nec positivum a positivo, neque privatio a privatione.

(c) Ad argumenta quartae questionis dicatur, quod esti peccatum sit a voluntate creata, non tamen est a Deo: quia Deus non primo deficit, sed quantum est ex parte sui omnino non deficit; sed tantum est defectus in actione proper deficeret causa secunda in agendo; nec etiam potest Deus prius deficeret, ita quod defectus in effectu sit peccatum, quia si ipse primo non ageret, carens rectitudinis in actu non esset debita. Cum probatur de causa superiori, & interiori. Respondeo, hoc est verus de causa efficientie, non deficit. Cum confirmatur de aliis, ut de causis naturalibus: dico, quod illæ non possunt causare nisi secundum illam inclinationem, quam accipiunt a causa superiori, & conformantur illi; voluntas autem accepit libertatem, ut possit agere conformiter causa superiori, vel disconformiter, hoc est, quod quantum est ex se causare, quod causa superior est, & hoc sibi conformiter, vel disconformiter. Ad secundum concedo antecedens, & nego consequentiam. Et ad probationem consequentiae dicatur, quod non proper hoc solum impunitaretur peccatum voluntari creatae, quia ipsa per accidentem causat defectum; sed quia ipsa tenet agere recte, in quantum effectus est sub potestate sua, & non agit recte; non sic autem tenet voluntas divina; & ex hoc, ipsa in se precare non potest; neque etiam ipsa potest non causando primo deficeret respectu rectitudinis debite in actu, ita quod tunc habet, quando non est ex defectu voluntatis creatae. Ad argumenta in oppositum, que probant, quod actus substantiarum peccato non sit a Deo. Respond, ad primum dico, quod multa vult Deus voluntate signi, quae prohibuit voluntate beneficiti, & noluit omnia fieri, quae præcepit, sicut noluit Isaac immolaris.

2. Ad erg. postea d. 37. in princ.

lari, quod tamen praecepit. Ejus autem, quod vult Deus voluntate beneplacito oppositum aliquando praecepit, & hoc est signum voluntatis duplicitatis, & duplicitas est, quando aliquis est sicut praecepti consonus recte ratione, scitur hi fuit manifestatio praecepti Abrahe, siue patet Gen. 22, Testim. Dei abraham. Ad aliud dico, quod illud, quod est formaliter actus voluntatis meæ, qui sollecit voluntas mea vult, non est genitus voluntatis divinae, sed efficiens ejus; quia voluntas divina semper est ordinata, & actus ejus rectus. Et iste actus voluntatis meæ est inordinatus, quia careat rectitudine debita. Me autem agere a Deo causante, est ordinatus voluntus sicut materialiter respectu causantis, qui madmodum in nobis actus nostra materialiter est bonus, quia potest esse ex charitate elecitus. Sequitur igitur, quod velut divinum sit simpliciter perfectum, quia ex charitate elecitur. & habet finem optimam. Et si opus exterritus illius nolle, quod est in eum velle, est ordinatum materialiter, sive secundum quid; inordinatum autem simpliciter inquantum est actus, quo formaliter voluntas mea vult. Ad ultimum dico, quod voluntas divina non est regula voluntatis meæ, vel voluntatis creata quantum ad rectitudinem, quod ipsum voluntum, ut feliciter voluntas creata cordans voluntati illi in volto sit recta; (a) sed est regula inquantum est volens voluntatem creatum sic, vel si velle, & hoc volendo voluntate signi, & antecedente; non autem semper voluntate beneplaciti, & consequente.

Ad quartu. tertiam in ordine. (b) Dico, quod omne peccatum est peccata, & unum peccatum potest esse pena alterius. Primum probbo, quia pena formaliter est carentia boni convenientis voluntati, & volenti, ita quod si distinguimus in voluntate affectionem boni iusti, & boni commodi, pater, quod abilitas boni commodi pena est, quia convenientia ei: sed bonum iustitia & magis consoniens voluntati, quam bonum commodi: igitur ejus ablacio per se est pena. Probatio minoris, quanto periclitabiliter est perfectius, & per consequentem periclitus correspondens, tanto fortius major est convenientia, & melior. & privatio peccati: sed voluntas inquantum habet affectionem iustitiae, id est, inquantum libera est (loquendo de iustitia innata) est simpliciter nobilior sepius, inquantum habet affectionem commodi, & hoc convenientib; sibi simpliciter: igitur maior, & melior est convenientia iustitiae ad voluntatem absoluam, quam boni commodi ad voluntatem; igitur ablacio istius est simpliciter pena, & maior pena, quam ablacio cuiuslibet commodi alterius a iustitia, & in hoc bene verificatur illud Aug. lib. Confess. (c) Iustitia Domine, & ita est, ut omnis inordinatus animi poena sit sibi. Et idem tertio de Lib. arbit. Neque enim ad momentum est dedecus culpe sine dedecore sufficit, ut feliciter, ipsa voluntas seipsum privans iustitiam in hoc se privat maximo bono sibi convenientem, cuius parentia est sibi formaliter major pena, quam carentia aliquius boni

ni commodi, qui inserit proper talam culpam. Et inde est, quod pena dicunt ordinare culpam, quia ex quo Deus non vult culpam auferre non potest melius, sive ordinatus anima culpabilis est, quam quod sit in peccato, que non est tantum malum formaliter, quantum est culpa, quia naturam manentem sub culpa ordinat. Et si vocatur quomodo (a) potest eadem carentia iustitia sibi formaliter culpa, & pena formaliter?

Responde Magister distinguendo carentiam, inquantum est prævaricatio boni activi, vel passivi. Primo modo est culpa. Secundo modo est pena. Hoc potest sic exponi, quod ipsa culpa est a voluntate, ut causa activa, sed tamen deficiente; & ipsa pena est in voluntate, sicut in subjecto, quod per culpam privatur boni convenientis, quod quidem bonum debitum erat, inquantum voluntas secundum primam rationem, scilicet inquantum potuit agere ad rectitudinem sibi desiderat, & non egit; & ideo primo modo est culpa, & sic voluntaria, quia in potestate voluntatis, ne causa activa. Sicur præsentia ad propter dicatur in potestate nostra, per quam posset salvare orem, si præfeti diligenter laboraret. Secundo modo formaliter est pena, quia corruptio, sive privatio boni debiti in voluntate, & maxime sibi convenientis; & ut si non est formaliter voluntaria, quia voluntas inquantum subiectum non habet formam sibi inherentem in sua potestate, & si privatio iustitiae desideri infrahexis voluntati, est contra inclinationem naturalem voluntatis, magis quam quocunque carentia boni commodi non iusti, vel præsentia incommodi. Secundum probbo, quia sicut aduersio gratie est poena peccati, pro eo, quod exstante primo defectu in voluntate non agravat ad rectitudinem debitam, Deus ex demerito huius defectus, subtrahit manente iustitiam suam, ne grazia conservetur; ita ex demerito huius defectus voluntatis: Deus potest se subtrahere a voluntatis, ne agat ad rectitudinem in secundo actu, sicut ageret, si nullum præcessisset dereritum, & ita ex hac subtraktione est carentia rectitudinis in secundo actu. Ita rectitudine est debita, quia licet non esset in potestate voluntatis, nunc dare rectitudinem, nisi tamen in potestate ejus prius, scilicet ante primum peccatum, dare, quia privavit se illa afflictio divina, qua Deus paratus erat cooperari sibi ad rectitudinem, & ideo imputatur sibi ad peccatum, sicut etiam imputatur, quod non gratuita agit in secundo actu post gratiam corruptam, quia licet tunc non habeat gratiam, nec possit ex se habere; in hanc tamen impotentiam ex se incidit: potuit enim custodisse eam, & dabantur sibi ad hoc posse, ut custodire eam.

Sed iste modus, ut videtur, est valde difficultis, quod scilicet in aliquo actu elicito carentia rectitudinis possit esse ex parte Dei non causantis propter demeritum aliquius peccati. Tunc enim licet voluntas prius potuerit non demeriti, & tunc Deus sibi assulserit, & quoniam est ex parte Dei, in secundo actu egisset ad rectitudinem,

nisi in primo actu deviassem: tamen ex quo semel peccavisse, si Deus in secundo actu non assistat ad causandum retributinem in eo: videatur, quod illud peccatum ex eunc non sit in potestate voluntatis, ita quod ipsa unius nos possit non deficere, quod videatur inconveniens.

Ideo posset dici alter: quod si Deus in actu secundo, quantum est ex se, assistat voluntati, sicut & in privo, & in quolibet actu prima causa deficiens, hoc est non iuste, vel recte agens, est voluntas errata, tamen defectus secundum est poena peccati primi, pro quanto privat se bono, maxime si est convenientia. Nec est simile de privatione gratiae & retributinis in actu secundo, puta quod Deus, sicut proper demeritum non assistit ad causandum gratiam in anima, ita nec ad causandum retributinem in voluntate, quia ipse non dedit gratiam antecedenter, sicut dedit retributinem, & ideo posset eam non dare con querenter. Carentia etiam gratiae, est una iniustitia habitualis in anima, non semper propter aliud, & aliud peccatum; sed in actibus malis succedentibus ibi, est semper novum malum, & ideo oportet ibi quemlibet esse in potestate voluntatis creatae. Non sic autem carentiam gratiae post instans annihilationis oportet esse in potestate voluntatis, quia non est nova iniustitia, sed tantum una habitualis qualiter in anima. Sed primum argumentum ad questionem, habet difficultatem, quomodo peccatum sit poena, cum omnis poena sit a Deo. (a) Ad quod dicuntur, quod eti non semper illud, quod est poena, sit a Deo: tamen in quantum est ordinatum culpa, sic est a Deo, quia ipsi ordo est a Deo. Contra, si poena non est aliquod eius, quod posset esse a Deo, nec etiam culpa posset esse a Deo: ergo nec relatio iudicata in altero extermorum, & ita nullus est ordo, qui possit esse a Deo. Præterea, pari ratione, culpa posset esse a Deo, & effectus Dei culpa enim ordinatur per poenam, sicut poena ordinat culpam, & tamen nullus concedit, quod poena sit nihil. Ideo potest aliter dicari, quod poena dicitur duobus modis. Uno modo poena est solum carentia boni convenientis naturae intellectuali, sicut est carentia visionis, & fruitionis Dei, & haec est pura privatio. Alter modo potest dici poena aliquod peccatum, & tamen disconveniens tali naturae: sicut calor excellens est aliquod positivum disconveniens carni. Omnes poenæ, secundo modo dicitur posse sunt nisi a Deo, quia sunt aliqua poena, & de istis debet intelligi illud primum Retraict. cap. 25, & 26. ait enim: *In bonis operibus Dei bona opera sunt ista puniri, licet sint mala isti puniri, quia disconvenient ei.* Sed poena primo modo non sunt a Deo efficientes, quia non sunt efficiencia: nec deficientie primo, sed tantum, propter demeritum voluntatis in actu peccati non coagendo voluntatione ad illud bonum habendum, ad quod operatus iussit, quantum est ex se. Talis ergo poena est a Deo non ingentile, vel efficiens, nec deficientie primo, sed deferentes, id est, naturam, que deficit, relinquant in suo defectu, & in omnibus defectibus con-

a. D. Bon. d. 35. a 3. q. 1.

quentibus ad illum defectum, ubi includuntur multe carentia perfectiorum convenientium tali naturae: sic ergo poena, que est peccatum, non est a Deo efficiente, vel deficientie primo, sed tantum est a Deo deficiente voluntatem, ratione primi demeriti, quod deficere a Deo cadit in secundum demeritum. Ad secundum arguendum patet per idem, quia si esset poena inflicta a Deo, non esset maius malum, sed minus, ita quod secundum peccatum est poena inflicta a voluntate peccante, & a Deo tantum, ut deficiente.

POST PRÆDICTA DE VOLUNTATE EJUSQUE, &c.

DISTINCTIO XXXVIII.

C Irca Distinctionem trigesimalm octavam, in qua Magister agit de his, quia concurrunt ad peccatum, cuiusmodi sunt voluntas, & intentio finis. Quarerit unum.

QUESTIO UNICA.

Utrum intentio sit actus solius voluntatis?

Q Uod non: 'omne per se agens agit propter finem, ex 2. Phys. ergo ex intentione. (a)

Præterea, non est distincta visio sine intentione copulante: secundum August. 11. de Trin. cap. 2. sed potest esse distincta visio praedictum actum intellectus, & per consequens omnem actum voluntatis ergo intentionis non erit actus solius voluntatis.

Præterea, Matth. 6. Si oculi tuos fuerint simplex, totum corpus tuum erit lucidum. Et ibidem. vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrae sint. Glossa exponit oculum, & lumen de intentione; sed oculus, & lumen pertinet ad intellectum: ergo, &c. Præterea, intentione includit relationem unius ad alterum: sed referre, sicut & conferre, est solius intellectus.

Contra Magister in litera, & præterea August. 11. de Trin. cap. 6.

Respondeo, primo videndum est, quid dicunt per hoc nomen intendere. Intendere enim dicit in aliud tendere, hoc potest accipi generaliter, sive ab alio habetur, quod in illud tendat: sive a se movente in illud. Potest etiam tendere in aliquid, sicut in obiectum praefatu, vel ut in terminum distanter, vel absentem. Primo modo convenit etiam potentia, respectu fui obiecti. Secundo modo, magis proprie sumitur pro illo scilicet, quod tendit in aliud, & non ducit in illud, sed ducit se in illud, & hoc modo non potest esse aliquid potentia naturalis, sed tantum liber: quia secundum Damasc. cap. 2. Appetitus non liber ducitur, & non ducit. Et ita est de omni potentia naturali. Hoc ergo modo proprie accipiendi inten-

a. Tex. 47. 5 inde. b. Vide D. Ponay. 6. 17. q. 4. q. 1. in 1st.

tendere; prout feliciter dicit in aliud tendere ex se, est principaliter potestis liber: sed cum libere vello si totius libertatis arbitrii, quod includit intellectum, & voluntatem secundum illam opinionem 2. dist. 25, hujus totius potestis erit intendere, & hoc si propriissime sumatur; & non erit alicuius potestis, respectu sui objecti, sed respectu finis. Et cum in omni volitione secundum Ans. ut accipere quid, & cur, intendere non respicit quid, sed cur, prout feliciter dicit tendentiam in aliquid, ut distans per aliquid, tanquam per aliquod medium: erit igitur actus liberis arbitrii ratione voluntatis, & erit actus eius respectu ejus, quod vult; quod si & volenti, & eis propero quanto est voluntatis intentio, sit idem aliis volendi, idem actus erit usus, & intentio: si autem aliis intentio dicet formaliter actum istum, quo tendit voluntas in eum; & materialiter actum utendi, quo referat aliud in ilium finem.

Ad primum argumentum patet, quod procedit de intendente prout dicit tendentiam alicuius determinati, & terminati ab alio.

Ad secundum dico, quod primam intentionem non caufat intentio voluntatis copulans, sed tandem illam potest copulare: & concedo, quod in eodem instanti temporis, & ita frumenta illam intentionem; sed postea prima intentione, voluntas potest se convertere, & avertire respectu aliorum operationum ad copulandum, vel non copulandum, & ita diversimodo copulare: neganda est igitur illa major, quod nulla visus distincta possit haberi sine intentione copulante, nisi intelligatur, illam copulationem non esse actum concomitantem: & hoc modo neganda est illa, quod visus distincta praedicti tempore omnem intentionem, five intentionem, licet illa natura praedicta. Vel si illa visus, que est sine intentione, & intentione concomitantibus potest esse sine intentione voluntatis copulante, sicut illa, cum qua concomitantur intellectus, & voluntas, tunc neganda est illa propositione absolute, quod visus distincta non potest esse sine intentione copulante: nec istam negare est contra Augustinum. Vult enim, quod ipsa voluntas potest aciem convertere ad obiectum, & tendere in obiectum. Sed non vult, quod nulla visus possit fieri nisi inter nos teneat, & convertat. Ad ultimum dico, quod conterre per modum judicium est solius intellectus, sicut & intelligere. Utendo autem, siue ordinando referre unum amabile ad aliud, est voluntatis, sicut enim voluntas est reflexiva, quia immaterialis, ita & collativa, vel potens conferre suo modo, vel referre.

HIC AUTEM ORITUR QUESTIO SATIS NECESSARIA &c.

DISTINCTIO XXXIX.

Circa Distinctiōnēm trigesimā nonam quartuntur duo;

QUESTIO PRIMA.

Utrum Synderosis sit in voluntate?

Quod sic; semper enim remurmurata malo: remurmurata est voluntatis. Praterea, voluntas necessario vult commoda, secundum Anselm. de Concordia. 26. & 44: commoda non velle negatur: ergo neque necessario vult iustitiam, quia iustitia est perfectio, que conveniens ibi, sicut commodum: sed illud, quo homo necessaria inclinatur in iustitiam, ponitur synderosis: ergo aliquid est in voluntate, quod potest ponit synderosis. Praterea, voluntas naturalis necessario vult illud, in quod patet ex 13. de Trin. cap. 5, ubi vult Aug. quod certum est omnes velle beatitudinem proprie inclinationem naturalem ad illam; quod non esset certum, si voluntas non necessario velleret eam: ergo naturaliter voluntum est necessario voluntum: sed iudicium est naturaliter volita a voluntate, quia est perfectio ita naturalis voluntati, sicut commodium: ergo est necessaria volita, debet ergo illud ponit in voluntate, quod ponitur necessario principium inclinandi voluntatem ad iustitiam: hoc est synderosis: ergo &c. Praterea, natura inferior, puta irrationalis, habet principium tendendi in illud, quod sibi convenit recte, secundum naturam suam: ergo & voluntas habebit necessario principium tendendi in iustitiam, quod sibi convenit ex natura sua. Oppositum vult Magistri in littera adducere Hiero. super Ezech. quod superior portio rationis est synderosis: ergo est in superiori, portione rationis ergo in intellectu, qui intendit contemplationi.

QUESTIO SECUNDA.

Utrum conscientia sit in voluntate?

Quod sic; ad Hebr. 5, Confidimus enim quod bonam conscientiam habemus: bonitas pertinet ad voluntatem: igitur & conscientia. Praterea, si esset in intellectu, tunc plus sciens de agibilibus, esset plus conscientias. Consequens est ipsis: ergo & antecedens. Ad oppositum Ecclesiastes 7. (a) Scit enim conscientia tua, quia T u cerebro malacissili aliis. Hoc etiam patet de actibus conscientie, qui sunt, testificare, accusare, judicare, &c. que omnia pertinent ad rationem, & intellectum: ergo &c.

Hic dicitur, quod lex naturae principia naturalia agendorum continet, & dicit quod synderosis est pondus voluntatis, conscientia vero est eiusdem habitus: quare.

Hic primo notandum, (b) quod non sunt identes in operandis rationibus, & conscientia. Ex universaliibus enim regulis operandis,

a Henr. quodl. 18. q. 1. b Addit.

rum, que sunt de diffamine legi natura, quasi ex propositione maiori, & particularibus operandi sumptus sub illis regulis universalibus consilio rationis; quasi ex minori propositione, formatur ratio recta operandorum particularium. Sed nondum ex hoc habetur operandi conscientia, quia rursum omni habenti operandorum notitiam, habet de operando conscientiam, & habens maiorem notitiam, habet de operando conscientiam frusticem, quod falsum est, quoniam videlicet sapientia habent maiorem operandorum notitiam, minorem habere operandi conscientiam, & hoc ideo, quia conscientia ad partem anima cognitivam non pertinet, sed ad effectivam. Sic enim in cognitiva sunt lex naturalis, & universalis regula operandorum, & ratio recta ut particularis: sic ex parte voluntatis est quidam universalis motor stimulans ad opus, secundum regulas universalis legi natura. & dicitur synderesis, que est in voluntate quedam naturalis electio, semper concordans cum naturali diffamina legi natura. Et video dicitur synderesis, hoc est concedit, & quod est con, & bares, quod est electio. Et quidam motor particularis stimulans ad opus, secundum dictamen rationis recte, & dicitur conscientia, que est in voluntate quedam electio deliberativa semper concordans cum naturali rationis recte, & ideo dicitur conscientia, hoc est cum scientia, quia electio in voluntate deliberativa concordat cum scientia in ratione, & que sequuntur ibidem.

Contra istud arguit primo de synderesi, quia si ipsa habeat actum eliciti nec esset tendenter in bonum, & resistenter malo, & nihil tale est in voluntate: ergo ipsa non est in voluntate. Probatio atque, quia diff. 1. primi libri (a) ostendit est, quod voluntas non necessario fruatur fine ostendo, ne aliqua potencia vel vis, vel habitus in ea potest esse principium necessarii teneendi: igitur nec principium necessarium concorditer volendi principii practicae, que sumuntur a fine. Præterea, si esset aliqua cali potencia, vel vis, vel portio in voluntate, que acta elicito necessario teneat in bonum, & resistenter malo, ipsa esset suprema in tota voluntate, quia ipsa recipere finem ultimum, a quo sumuntur prima principia practica: igitur in potestate ejus esset ipsa voluntas, secundum qualibet vim, & portionem ejus inferioriem: ita quod ipsa moveatur, portio, vel vis interior obediret sibi, & conformiter moveretur: igitur ipsa impedit omne peccatum in voluntate, quia sicut ipsa necessario moveretur, ita tota voluntas necessario moveretur ab ejus motu, & ab ea, & si tota voluntas esset recta, nullum peccatum esset in voluntate. Contra aliud de conscientia, arguit primo, quia habens appetitus non generatur ex uno actu: sed ex uno syllogismo pratico, deducendo evidenter aliquid conclusionem ex primis principiis praecis, sit conscientia: igitur non est habitus appetitus acquisitus. (b)

Pa-

a Impugnatur Henr. q. 4. De hoc 3. d. 49. q. 9. & quodlib. 16.
b quodlib. 1. q. 14.

Paret etiam, quod non est imputatus, neque portio, nec vis. Præterea, quod natum est causari ab aliqua causa, non potest causari ab alio nisi virtus eius contingat participationem illius causæ: habitus voluntatis natura est causari ab acto voluntatis, sicut a propria causa; igitur non potest causari ab alio actu, nisi ille actus continetur in se virtualiter actioni voluntatis. Sed actus intellectus non potest continere in se virtutem actionis voluntatis secundum ipsum, quia actus voluntatis sit perfectionis: igitur non potest intellectus per actum suum causare in voluntate tales ponit, quod si quasi habitus voluntatis. Præterea, aut potest voluntas illud pondus non recipere, & tunc intellectus non erit causa ejus sufficientis: causa enim sufficiens agere sequitur effectum, maxime quando pallivum est debite approximatum: aut non potest non recipere, & tunc itane illa consideratione actuali in ratione, non potest voluntas illud pondus disponere; quia non minorem necessitatem haberet ratio in conservando pondus causa. Tunc, quam in cauclio. Præterea, aut necesse est voluntatem agere secundum illud pondus datum; aut non. Si sic, igitur non est libera; quia agens huius ponderis est naturalis causa: igitur & effectus ejus est forma naturalis: igitur necessario agens secundum illud pondus, non libere agit, quia non est in potestate ejus sic, vel aliter agere. Si non necesse est agere secundum illud pondus, quod etiam videatur velle Apollonius ad Rom. secundum illam Glos. Quidquid est contra conscientiam; &c. Ex quo paret, quod peccatum aliquod potest committi contra conscientiam, & tunc sequitur, quod stante conscientia perfecta, potest voluntas vel oppositum ejus, quod dictatur secundum illam, & ita nunquam per actum voluntatis corrumpere habebus, quod videretur absurdum, ponendo, quod si habebus voluntatis.

Ad primum illas si synderesis ponatur aliquid habens actum elicium semper necessario tendenter in actum iulium, & resistenter peccato, cum nihil tale ponatur in voluntate, non potest ibi ponere: igitur est in intellectu; & si sic, non potest aliud ponit, quam habitus principiorum, qui semper est rectus, quia ex ratione terminatio virtutum voluntatis naturalis, statim intellectus sequitur illis, & quantum est tunc ex parte intellectus liberum arbitrium natura est concorditer velle illis principiis: licet protinus deficit aliqua causa partialis, libere non velit, quis non est ibi aliqua necessitas. Secundum hoc etiam conscientia potest ponit habitus proprius conclusionis practicae, secundum ejus actum nata est conformari electio recte in agibiliis, & ita dicitur stimulare ad bonum, in quantum liberum arbitrium totum habet unam causam partiale reme dispositioni, & sequitur recta, & bona voluntio, nisi esset defectus alterius cause partialis concurrentis, scilicet voluntatis;

Ad primum argumentum dico, quod remuntratur oblique, quia ostendit bonum esse volendum, & in hoc est occasio remuntrandi contra malum. Ad aliud dico, quod voluntas, que est potentia li-

bere agens, non necessario vult commodum, sicut nec necessario vult justum actu elicito: tamen si ista una potest consideratur, ut habeat affectionem commodi tantum, & non ut habet alia eorum iustitiae, id est, inquantum est appetitus non liber, non est in eius potestate sic non velle commodum, quia sic praeceps est appetitus naturalis naturae intellectualis, non liber: sicut appetitus brutorum est appetitus naturalis naturae sensitivae. Dico igitur, quod illa propo-
tio Ans. (a) *commodum non velle nequei*, debet intelligi non de talis potentia, que modo libere potest non velle, non tantum commoda, sed etiam iusta. Quia libere potest hanc, & iusta velle, & non velle: sed debet intelligi de illa inquantum praeceps affectus affectione com-
modi, hoc est, ut consideretur sub ratione talis appetitus: non tamen includendo in appetitu talis libertatem. Sed hoc modo nullum actum elicito in nobis: ideo dixi in solvendo, quod syndesmos est aliquid habens actum elicitorum. Per idem ad tertium, quod voluntas naturalis, ut necessario tendit in voluntam, non habet actum elicitorum, circa illud: sed ipsa est tantum inclinatio quedam in tali natura ad perfectionem sibi maxime convenientem. Et ista inclinatio necessario est in natura, licet actu conformis huic inclinationi, & natura non necessario elicitorum. Actus enim non elicitorum, sive conformatim, qui dicatur naturalis, sive difformis, qui dicatur contra naturam, nisi a voluntate libera, que quantumcumque velit oppositum eius, ad quod est inclinatio, nihil minus est necessaria illa inclinatio ad illud, ad quod inclinatur, quia sit stante natura. Ad ultimum dico, quod haec sola natura est libera, & habens modum agendi superioriter omni alia natura creata.

Ad argumentum secundum questionis dico, quod habimus intellectus practici dicuntur boni, vel mali, propter convenientiam eorum ad voluntatem: sicut & conuerso voluntas potest dici recta, vel curva, propter convenientiam eius ad actum, rectum, vel non rectum speculativum, qui est formaliter in intellectu. Tamen bonitas est voluntatis sicut restituto intellectus: sed bonitas magis transmutatur ad intellectum practicum, quam speculativum. Ad aliud respondeo potest illud Philosophi. 7. Ethicorum, c. 3, quod in passionibus existentes quidam dicunt verba enigmatica, sicut autem nequamquam. Et ita potest concedi, quod simpliciter sciens scientia practica non tantum sciens dicere verba, est conscientia & magis sciens, magis conscientia. Et hoc maxime videatur debere dici ab illo, cuius opinio est iam improbata, quia secundum eum, in eodem instanti temporis, in quo est voluntas mala, ratio excusat, ut sic nullus habeat minus de conscientia, etiam si pertineat ad voluntatem: est igitur argumentum commune sibi, sicut alijs parti, & soli potest sicut modo praedito.

POST

a. De hoc i. q. 1. q. 4. C. 2. d. 6. q. 2.

POST HEC DE ACTIBUS ADJICIENDUM VIDETUR &c.

DISTINCTIO XL.

Q Uæro circa Distinctionem quadragesimam.

QUESTIO UNICA,

Utrum omnis actus sit bonus ex fine?

Q uod sic, August. in litera c. 3. *Bonum opus intentione facit*. Præterea: actus intelligendi est verus ex principio: sed finis est hic sicut ibi principium: ergo, &c.

Præterea, bonitas est ab aliqua causa: Nulla alia potest dari nisi finalis. Contra, August. contra mendacium, & postur la littera, dicit, quod multi actus non possunt esse boni, etiam si proper finem bonum faciat.

Respondeo, primo dicendum est de bonitate naturali. Secundo de bonitate mortali. De primo dico, quod sicut corporis pulchritudo est ex aggregatione omnium convenientiarum illi corpori, & iuxta se, puta quantitatibus, coloris, & figure, sicut vult August. 8. de Trin. cap. Bonafacie, &c. ita bonitas naturalis (non est illa, que convertitur cum ente, sed illa, que habet oppositum malum) est perfectio secunda cuiusvis vel integrata ex omnibus convenientiis sibi & sibi in vicem, & omnibus illis concorrentibus, est perfecta bonitas, juxta illud Dionysii: *Bonum ex perfecta, & causa integra* (a): omnibus autem illis deficitibus, & natura frustis, cuius debet perfici illis, est perfecte mala: quibusdam subraddis, est mala, sed non perfecte, sicut de pulchritudine, & turpitudine in corpore: actus autem naturaliter natus est convenientia causa sua efficienti, obiecto, fini, & forma, tunc igitur bonus est naturaliter, quando habet omnia convenientia, quantum ad illa, que nata sunt convenientia sibi naturaliter, & concorde ad esse ejus naturale.

De secundo dico (b), quod bonitas actus mortalis est ex aggregatione omnium convenientiarum actus: non absolute ex natura actus, sed que convenienter ei, secundum rectionem rationem, quia igitur ad hanc ratione recta dicta determinatum objectum convenire, & determinatum modum, & alias circumstantias: non est completa bonitas ex solo fine: sed prima ratio bonitatis ejus est convenientia actus ad efficiens, a quo actus dicitur mortalis, quia libere elicitorum; & hoc est communis actui boni, & mali: neque enim actus est laudabilis, nec vituperabilis, nisi sit a voluntate. Secunda conditio est ex obiecto: quod si sit convenientis, tunc est actus bonus ex genere: quia est indistinctus ad bonitates ulteriores, que sumuntur ex circumstantiis specialibus: si

H h 3

cur

a. De div. no. cap. 4.

b. Vide quoddam. 16. q. 4.

cur genit. est indifferens ad multas differentias: post illud prima est, cum hanc est ipsius finalis: nec ista sufficit sine aliis circumstantiis, si est etiam circumstancia forma, puta, quod debito modo stat, quod pertinet ad quantum circumstantiam, & sequuntur circumstantiae magis extrinsecus, scilicet quando, & ubi, & hujusmodi. Pater igitur, quod sola bonitas huius etiam cum intendatur, secundum rationem actionem, non sufficit ad bonitatem actus, sed requiritur alia circumstantia, secundum ordinem predictum ad hoc, quod bonitas sit.

Ad antea dictam Augustini patet, quod est ad oppositum, quia est suis sit conditio principalior pertinens ad bonitatem actus, non tamen est sufficienter: loquendo etiam de bonitate mentis, que addit super bonitatem moralam, illa est principalius ex fine: quia supposita completa bonitate morali suppetenditur bonitas meritorum ex relatione debita illius actus in finem, quae relatio debita in inquantum elicitor a charitate, & quo ad hoc possunt auctoritates de fine exponi, quod scilicet bonitas meritorum est ex fine. Ad secundum dico, quod causa efficientis actus intelligendi, illa qua est ex parte intellectus, vel habitus intellectus, naturaliter agit, nec potest differenter agere ipsi obiecto: & ideo tempore recte agit; non si voluntas semper conformiter agit suo obiecto, quia est causa libera non naturalis, quando igitur est recitato ex parte principii motentis, totus actus est rectus: non ita hic ex parte finis. Ad tertium dico, quod illa una bonitas integrat in se perfectiones omnes convenientes actui, & non est aliqua una sola, sicut nec pulchritudo in corpore.

CUMQUE INTENTIO UT SUPRADICTUM EST BONUM &c.

DISTINCTIO XLI.

Circa Distinctiōnēm quadragesimām primā, questionētur,

QUESTIO UNICA.

Vtrum aliquis actus possit esse indifferens?

Quod non, qui inter habentur, & privationem non est medium: bonum & malum sunt privative opposita: ergo, &c. Major patet, quia ¹⁰ Metaph. (a) Opposita privative sunt contradicitione opposita, circa aptum natum: inter contradictionem non est medium, ⁴ Metaph. (b) ergo, &c. Praterea, ex aliibus generantur habitus: ergo si inter actum bonum, & malum, esset aliquod medium, aliquis esset habitus, qui nec esset bonus, nec malus. Contra, Ambros. in littera. *Affectus iusus, operi menem imponit:* sed si nullus actus ex se esset indifferens, non posset ex uno actu esse bonus per se, & ex aliis malus.

Hic dicimus, quod nullus singularis actus est indifferens: actus ¹⁴ in communione est indifferens. quære D. Bonav. (a)

Alius poset dici, quod aliter potest esse de bonitate, & malitia moralis, & de bonitate meritorum, & malitia demeritorum. In prima bonitate, & malitia comparando ad actum naturale, videtur posse inventi actus indifferens, qui scilicet habeat determinatam speciem in genere naturae per compositionem ad omnes causas suas; & politram habere indifferenter bonitatem mortalem, & mortalitatem. Quod probatur primo, quia secundum Philosoph. 2. Ethic. habitus iusticiae generatur ex operibus iusti, non tamen nullè facilius iste actus non est bonus mortaliter, quia non ex virtute. Similiter de actibus elicitis post virtutem, quia non videtur necessitas, quod voluntas habens virtutem ¹⁵ semper utatur ex necessario, sed rastum quando occurrit passio ita vehemens, quia subvertet rationem, nisi utatur virtute. Secundo etiam modo loquendo de bono, & malo videtur esse medium inter actum bonum, & malum. Supposita enim bonitate mortaliter, ut dictum est in quod. precenti, meritum videtur esse ex relatione ad finem debitum: quia relatio est ex charitate inexistens. Potest autem actus referti ex charitate in finem ultimum trahicere. Uno modo aequaliter, sicut cognitus actualiter de fine diligit illum, & vult aliquid propter illum. Alter modo virtualiter, sicut ex cognitione, & dilectione finis deveniens est ad voluntatem hujus entis ad finem, puta ex cognitione, & dilectione Dei pertinente ad portionem superiori, portio inferior considerat talium actuum, puta penitentia, esse afflumentum, & postea illum exequitur volendo, non tamen tunc referendo in finem, quia nec tunc actualiter cognoscitur, nec diligitur. Tertio modo habitualiter, puta si omnis actus referribili in finem manens cum charitate, que est principium referendi, dicitur referti habitualiter. Tripli autem modo potest dici actus non referti. Una modo negative absolute, quia non refertur actualiter, nec virtualiter. Alter modo privative, quia non est actus referti, sicut peccatum veniale, quia licet sit cum charitate, non est tamen natura cum charitate referti in finem: tertio modo contrarie, scilicet quia corrupti principia referendi, scilicet charitatem, ut peccatum mortale. De illis cibis membris ultimus certum est, quod illi actus sunt mali, scilicet peccatum veniale, & peccatum mortale. De duabus primis certum est, quod primus actus est meritorum, & fatis probable est de secundo. De dubiis modis, scilicet de actu, qui tantum refertur habitualiter, & negative, id est qui non refertur, nec actualiter, nec virtualiter, dubium est, utrum talis actus sit meritorum, vel peccatum veniale (quia mortale peccatum non potest esse) aut sit talis actus indifferens. Si ponatur aletum duorum primorum membrorum, videtur quod homo ex illicem continue in gratia, vel mercede continet, vel peccat mortaliter, vel faltem venialiter, quia multis tales actus elicere continet, qui nec refertur actualiter, nec virtualiter.

ter, secundum dictum modum (a). Ideo probabile videtur tales actus indifferentes ponere, quia non habent sufficientem rationem militie pertinente ad peccatum veniale: quia possibile est nullam coordinationem esse in eis, quia sufficit ad rationem peccati. Non enim tenet homo, nec tentio necessitatibus, contra quam sit peccatum mortale, nec tentio minori: contra quam sit peccatum veniale, reiterata semper actum suum in Deum actualiter vel virtutibus, quia Deus non obliquit nos ad hoc, neque videtur esse in his actibus sufficiens ratio bonitatis, ut sit meritum: quia non videtur minor relatio sufficiere ad meritum, quam relatio virtutis, qualis non est hic. Sunt ergo multi actus indifferentes, non tantum secundum esse, quod habent in specie natura, sed etiam secundum esse, quod habent in esse, morali: sunt etiam indifferentes ad bonum merititorum, & malum demeritorum, quia unum individuum potest esse tale, & aliud tale. Multi etiam singulares actus eliciti sunt indifferentes, qui nec sunt tales, neque tales, & non solum actus non humani, de quibus non est scire, sicut movere barbam, levare felicium, & huiusmodi, que procedunt ex sola imaginatione, non ex libero arbitrio impellente: sed etiam de actibus libere eliciti.

Ad argumentum, ad primum dicte, quod non sunt privativae opposita circa actum, loquendo de bonitate, & malitia morali: vel etiam loquendo de bonitate, & malitia merititorum, & demeritorum. Non enim est actus malus ex hoc solo, quod caret bonitate tali, vel tali: sed quia caret bonitate, quam debet habere: non autem omnis actus debet habere talen bonitatem. Ad alium concedo, quod ex similibus actibus generatur similis habitus: & ita ex multis actibus indifferenteribus potest generari comimilis habitus ad confimiles actus in genere immobiliter inclinans: non tamen inclinat ad eos ut bonus, nec ut malus, sicut etiam in se, neque est bonus, neque malus: sicut nec etiam generatur ex actibus bonis, vel malis, & ita inconveniens, ad quod deducit ratio, non est inconveniens, sed tanquam verum concedendum est.

CUM AUTEM VOLUNTAS MALA ET OPERATIO &c.

DISTINCTIO XLII.

Circa istam quadragesimam secundam Distinctionem (b), in qua Magister recitat dictum Hieronymi, in quo innuitur, quod peccatum consistit in cogitatione, sermone, & opere, queruntur quinque: Primo: Utrum peccatum possit esse in cogitatione? Secundo: Utrum in sermone? Tertio: Utrum consistat in opere? Quarto: Utrum

di-

a. Distinct. 21. qu. 1. num. 3. b. No, quod sequentes quatuor questiones sunt ex reportatis, ubi quibusdam placet: sed licet multum variatur biens inde, ideo dicitur conseq. uenient

dicto Hieronymi de peccato sit sufficiens? Quinto: posset quæst de distinctione septem peccatorum capitalium.

QUESTIO PRIMA.

Utrum peccatum possit esse in cogitatione?

Quod non, quia secundum August. de duabus animabus, *Peccatum non nesciat est, nisi in voluntate.* Item de vera religione. *Peccatum adeo voluntarium est, &c. sed non est voluntarium nisi quia in voluntate, vel in potestate voluntatis: cogitatio autem non est in potestate voluntatis, dicente August. 3. de lib. arb. cap. 15. Non est in potestate nostra, quia ipsi tangamus: ergo non est in cogitatione peccatum. Præterea, nihil est peccatum, nisi sit cognitum, quia non est peccatum, nisi voluntum, & nihil est voluntum nisi cognitum: sed cogitatio non est cognita, vel intellecta, quia si sic, aut igitur quando est, quod non continet; quia tunc duo actus essent simili in intellectu, quos non est necesse ad hoc, quod aliquis peccet; nec antequam misere, quia tunc de ista intellectione quererem, utrum esset intellecta, vel non? & si sic, iterum quererem de illa, & sic in infinitum: nec etiam postquam inuit, quia tunc in illa non esset peccatum actualiter, quod est propositum. Præterea in cogitatione non est malum: ergo non peccatum. Probatio antecedens, quia si hoc effe-
verum, non esset, nisi quia talis cogitatio est aliquis malus: sed intel-
lectio mali non est mala: habet enim Deus cognitionem malorum; in quo tam non est malum, vel peccatum. Scientia etiam est eadem respe-
ctu oppositorum, & respectu unius oppositori est bona, igitur, & respe-
ctu alterius.*

Contra est Hieronym. super Ezech. Idem etiam dicit August. 12. de Trinit. cap. 12. Magister in litera, c. illo, Modi autem, &c.

QUESTIO SECUNDA.

Utrum peccatum possit esse in sermone?

Arguitur, quod non. Utens instrumentum ad finem illum, ad quem est ordinatum, non peccat sic utendo: sed sermo inventus est ad exprimendum mutuus voluntatis iudicia, secundum Platonem in Timo. Præterea, si esset peccatum in sermone, hoc esset, vel inquantum est vox, vel inquantum significativa. Non inquantum vox, quia tunc in brevis est peccatum. Nec ut significativa, quia ad significandum est imposita, & ejus impositio non est peccarum. Tum etiam quia ex hoc, quod est significativa non imprimitur sibi aliqua qualitas: ergo. Contra Matth. 5. *Qui dixerit fratri suo raca, reus erit iudicio.* Præterea Jac. 3. *Si quis verbo non offendit.* Item ibidem. *Lingua ignis est.*